




Probswath

Ad







21

\+ \+
Ad MDG BMV et Honorem.



Metaphora Rhetorica
Oratoris
A toga ad pallium,
A rostris Oratoriis ad mensam Philosophicam
A Iulio demum ad Aristotelem compendiose
Approbata
Sub tuis auspiciis,
Divinissime Indiarum Orator
Xaveri
Anno Divino e caelo in terras Metaphorae
1683.

Praefatio

Nihil tam facile Rhetori quam translatio, nihil in usu cre-
brius Oratoribus quam Metaphora, imo neminem decet, post Rhe
torem, uni ita loco imprimi quin ad aliud moveatur, nec uni
ita impallescere, quin alio transferatur. Cum enim Rhetorica
aurea quaedam porta sit, qua in amplissimae gloriae spa-
cia exitus et solenne sit, imo cum ars Oratoria sit portus
quidam, cui dum quisque aureo sapientiae velleri intentus
Jason, per vastum, dedalaeis in minervae orbis laboris pelagus,
per decumanas procellas, inter Scyllas caecosque et Charybdes,
minorennem applicat navim; par est, ut hic iactis unius spei
anchoris, grandiorem navim, maiori negotio committat oceano,
ex uno, ad aliud, infidum quidem sed gratum elementum. Quare
bene est Juventus lectissima, dum iam in senatus decora, con-
scribenda, pro opera lauream passi; quo te aetate grandior venis,
annis ~~modesto~~ numerosior moderatio, expectatione maior patria,
cui ~~data~~ ~~spectata~~ invitat, volentem non reprimo imo addo
pennas, quo velocius ad maiora quaeque evolas. Omnes varias ~~me~~
metaphoras, hac translatio, antequam tamen grandioribus
ventis, vestra tumeat animus velum; minorem liceat perstringere
spiritu munire, quod tanto favoribus vestras impellet mentes;

quanto lenius, tanto brevius. Labor quidem est sed quem sequuntur
praemia; arduum est sed hac itur ad astra. Illo potiùs inse
rendum; Dialectica scilicet uestram petit ut probet uirtutem, sed unde
tanto gratior; quanto propiorem philosophus reddit Oratorem. Nam
haec est introductio ad Philosophiam: nisi quod etiam doctis mentibus
ad magna quaeque sit introductio. In hoc ergo, progressa gloriae theatrum
inuenitis generosa manu calamum, paginam calamo, paginam cum
cos, mentem et ingenium oculis suggerere, illo ante ambulone
cui omnes scientiae humanae ancillantur.

Prooemium.

Praemittuntur aliqua ad meliorem notitiam dialecticae.

Quandoquidem Dialectica agit de operationibus intellectus. Ideo quaeren
dum imprimis uenit: Quid sit et quotuplex operatio intellectus.

Dicendum primo: Operatio intellectus est cognitio seu repraesentatio
rei: quae etiam uerbum mentis dicitur, et imago uitalis, intentio:
nalis illius quod cognoscit. Dicitur operatio, quia illa operatur
intellectus. Res autem, quae cognoscitur, dicitur; Obiectum, quia
intellectui obiicitur, tanquam in speculo, in quo repraesentatur. Obiectum est
Unde uniuersaliter obiectum definies. Obiectum est id, quod alicui
potentiae, uitali, intentionali, uel habitui illius, obiicitur, tanquam
meta et scopus: ut actibus ipsius potentiae uel habitus atti
gatur uel percipiatur. Et sic color est obiectum potentiae uisiuae

id circa quod uersatur aliqua potentia re, et uel ars.

quia ita obicitur color Potentiæ visivæ; ut ipsius actibus hoc est visionibus, attingatur. Sonus est obiectum potentiæ auditivæ; quia ita sonus obicitur, potentiæ auditivæ ut ipsius actibus, hoc est auditionibus percipiatur. Idem quoque de alijs potentijs, et habitibus.

Dicendum 2do: Operatio Intellectus nostri est triplex Prima scilicet. 2da et tercia.

Prima operatio est: Simplex apprehensio, qua res cognoscitur, nihil deca affirmando uel negando. Ad modum intuitionis ocularis uel imaginationis: ut siquis cogitet hanc uocem Animal, Homo, Asinus etc., nihil affirmando uel negando deca. Apprehensio dicitur quia per eam intellectus quasi manu obiectum apprehendit, et ad se trahit. Simplex dicitur, ut opponatur secundæ operationi quæ habet compositionem enunciatiuam, seu additiuam, compositum ex prædicato et subiecto.

2da operatio est cognitio; qua intellectus uel aliquid affirmat de obiecto, ut cum dico, Homo est animal. uel aliquid negat de obiecto. ut cum dico lapis non est animal. Dicitur hæc operatio, Compositio, quia, affirmando aliquid de re apprehensa coniungo eam cum alia. dicitur diuisio, quia negando aliquid de alia re diuido hanc rem ab ea alia uel separo. Di

citur insuper enunciatio Propositio iudicium.

Tercia Operatio: est cognitio, qua intellectus ex una re cognita aliud infert ignotam, Ut exempli gratia, Est Homo ergo est animal, vocatur Argumentatio vel discursus.

Ex dictis nota primo: Nondari plures vel pauciores intellectus operationes, Ratio est: omnis cognitio aut tantum repraesentat obiectum, nisi dicendo affirmando vel negando, et est Apprehensio seu prima operatio: vel immediate dicit aliquid de obiecto, aut negat, et est 2da operatio vel dicit aliquid de obiecto mediate hoc est mediante alia cognitione, et est tertia intellectus operatio.

Dialectica quid versatur circa operationes intellectus

Nota 2do: Actum dubitativum, suspicativum, admirativum, non esse quartam aliquam operationem sed ad primam revocari. Dubitatio enim est. Prima Apprehensio, ita tendens in obiectum apprehensum, ut non magis inclinet ad affirmandum, quam negandum aliud. Suspicio est apprehensio, magis quidem in unam partem inclinans quam in aliam, sed non taliter determinans.

Admiratio est, est apprehensio causae latentis alicuius effectus novi.

Nota 3tio. Operationem intellectus, seu cognitionem, dividi in, Intuitivam, Abstractivam, directam, Reflexam, Indecisivam et negativam.

Intuitiva, est qua obiectum repraesentatur per species proprias

prout in se est, sicut sensibilis cognitio, ut visio. Alia item intuitiva est, comprehensiva, qua ita cognoscitur aliquid, ut nil lateat quod eatenus in obiecto visibile sit, qua per quod plene cognoscitur obiectum, ut nihil ad cognitionem maiorem restet: et ita Deus se ipsum cognoscit. Alia intuitiva est, non comprehensiva qua ita cognoscitur obiectum, secundum se, non tamen secundum omnes connexiones quas habet cum aliis rebus, et sic Beati Deum cognoscunt. Abstractiva cognitio est: qua repraesentatur obiectum per species alienas seu ab aliis rebus abstractas, ut dum cognosco Deum per Creaturas; angelum per speciem iuvenis alati etc.

Cognitio Directa est qua repraesentatur res ipsa directe, ut dum cognosco Petrum, etc. Reflexa est, quae aliam cognitionem directam habet pro obiecto, ut dum cognosco cognitionem solis coeli a Petro emanatam. Distincta est qua cognoscitur obiectum, secundum omnes formalitates, quae ei realiter sibi et illi identificatas, ad aliquas tantum connotata non ad omnia, ut dum cognosco Petrum secundum animal et rationale identificata sibi et Petro, in ordine tantum ad sensationes, et haec dicitur formalis.

+

Negativa per quam aliquid de alio negatur ut dico cognosco hominem non esse lapidem
Nota 4to, per apprehensionem simplicem etiam integras propositiones posse cognosci imo et syllogismum nil affirmando vel negando.
Ipse explicatis dialecticae totam in tot dividimus disputationes; quot sit operationes, in singulis de cognitionibus singulis actum porro disputationes, dividemus in puncta, puncta vero in dubia aliquot

Disputatio prima De iis quae primam intellectus operationem concernunt seu de terminis.

Ad cognoscendum totum, optime proceditur per cognitionem partium totius, quare cum dialecticus propositum sit vel maxime, modum discurrendi tradere, de partibus eius primo agemus quam de toto. Partes vero discursus sunt propositiones, propositionum partes sunt termini, in hac ergo disputatione agemus de terminis eorumque definitione, et affectionibus eius etc. Tum et de finitione logicae et divisione seu dialectica quae probabiliter per primam operationem primam sunt.

Punctum Primum

De essentia et divisione termini

Quaevis simplex apprehensio mente concepta, aut sensibus vel verbo expressa, vocatur terminus, a Philosophis imo quodlibet nomen, aut Participium, dum sumitur extra propositionem, eodem nomine vocitatur. Multo magis haec denominatio tenet ei in propositione, quia terminat ab utraque propositionem.

Dubium Primum

Quid sit terminus, et de prima eius divisione in praedicatum et subiectum.

Omissa vulgari termini acceptione, qua terminum, limitem vel finem alicuius denotat.

Terminus de quo Dialectica, secundum Aristotelem, est id, in quod resolvitur propositio, tanquam in subiectum et praedicatum. Conveniens haec definitio, cum illa, terminus est extremum formale propositionis.

Ex hac definitione.

Sequitur Primo: propositionem esse quoddam totum, compositum ex praedicato et subiecto tanquam ex partibus, et ex copula iungente praedicatum ~~et~~ cum subiecto. Unde sicut homo totus continet tria, animam scilicet corpus et unionem, ita propositio tota continet praedicatum scilicet subiectum et copulam.

Sequitur secundo, quod omne totum, resolvitur in illud,

+
quod remanet ablato nexu seu unione totius. Ita homo dum moritur, resolvitur in corpus et animam, quia hæc manent ablata unione. Quia ergo, termini sunt ea, in quod resolvitur totum, scilicet propositio, termini sunt partes propositionis, ablata enim copula, soli manent.

Suppositio tertio, quod illud est pars essentialis totius quo solo ablato, et manentibus alijs, quomodocunque non manet totum sicut ablata sola anima in homine, etiamsi cætera, per possibile vel impossibile manerent, non manet totum scilicet homo.

Item ideo palmus est pars essentialis ulnæ, quia ablato solo palmo, et manentibus alijs, quomodocunque non maneret totum scilicet ulna. Ita et de terminis dicendum.

Subiectum: est ille terminus, de quo aliquid affirmatur vel negatur.

Dicitur subiectum, quia subiicitur intentionaliter termino alteri scilicet prædicato, ut eo recipit in propositione, vocatur etiam minus extremum, quia habet se per modum receptivi alio, et quia non tam patet quam prædicatum,

Prædicatum vero dicitur majus extremum, quia se habet per modum perfectivi, et quia latius patet, seu pluribus competit, ut in hac propositione. Leo est animal, animal prædicatum pluribus competit quam subiectum Leo.

Prædicatum est id quod affirmatur vel negatur de aliquo ut in hac propositione, homo est animal, animal affirmatur

de homine, uel in hac, homo est lapis, negatur de homi=
ne. Copula est nexus, et unio intentionalis coniungens
praedicatum cum subiecto expresse per uerbum, et implicite
uel explicite positum, ad instar unionis, incompositae, huma=
noque est entitas modalis, ungens animam cum corpore.
Exemplum sit totus, in hac propositione, Homo est animal
Ly homo est subiectum, quia de eo praedicatur animal
et per cognitionem Animal habetur, perfectior cognitio
subiecti, scilicet hominis, cognoscendo quid sit animal
cognoscitur homo in eadem propositione; habetur copula, ly
est praedicatum, ly animal, propter rationes datas hic
dictis.
Nota primo, uoces non significativas, literas quoque alpha
beticas, solitarie sumptas, posse esse terminos. ut in
his propositionibus.
Blictri est uox [illegible], est idealis.
Ratio est, quia illa possunt esse [illegible] in qua [illegible] Resolv
uitur propositio.
Nota 2do integram propositionem, imo et syllogismum (
ut dicetur inferius) posse esse terminos, ut si dicas homo
est animal rationale, est propositio aeternae ueritatis,

mixta propositione, uoces illas homo est animal rationale
~~uocas~~ animal rationale habent rationem subiecti, et:
rg sunt terminus unus ex multis complexus

Obicies propositio est quid totum ergo propositio
non potest esse terminus, quia terminus est pars

Res. pondetur, negando consequentiam, ratio est
quia potest aliquod totum in se, respectu alterius, totum
esse pars.

Liquid est totum respectu sui, respectu tamen do:
mus est pars.

Item lapis est totum respectu sui respectu parietis
est pars etc.

Nota 3tio: copulam sum nexum terminorum for
maliter et exercite sumptam, quatenus in propositione
iungit praedicatum cum subiecto non esse terminum. Ratio est
ex definitione termini: quia copula non est in quam resol:
uitur propositio.

Non nego tamen copulam posse esse terminum quando sumi
tur materialiter et signate, tantum, non uero exer
cite et formaliter, hoc est tunc quando exercet
officium copulandi: sed solum quando habet se
ita, ut consideretur potius exercere, quod
intelligitur per sumi materialiter, ut cum dico
hoc uox est, est nata habere rationem copulae

Primum est non exercet officium copulandi et coniungendi, ideoque non est copula exercito sed signato: consequenter est terminus propositionis nempe subiectum.

Nota 4to. Alias orationis partes, (praeter nomen et participium) scilicet casus obliquos, exercite et formaliter ingredientes propositionem adverbia, verba, coniunctivas, non esse terminos simpliciter et absolute. Ratio est: quia non est sunt id in quod resolvitur propositio: tanquam in subiectum et praedicatum quando terminis ponuntur in subiecto, de illis nisi praedicatur, similiter quando ponuntur penes praedicatum ille voces se solis sumptae de nullo praedicantur: ac proinde, non resolvuntur in subiectum tanquam in praedicatum, et in ista ratione patet. Ioannes qui est ex Polonia, vicit ... in ista propositione solum ly Ioannes est subiectum, non vero reliqua praedicatum vero solum ly vicit, non vero reliqua. Alia vero posita cum subiecto et praedicato, sunt ... quod significat vel modum, vel accidens, quo

aliquid de aliquo affirmatur. Sicut in composito physico substantiali, accidentia, quibus materia vel forma afficiuntur, non sunt partes compositi physici essentiales, ita et in praesenti etc.

Sciendum autem terminum formalem debere primario poni in recto scilicet in nomina[tivo] casu, si autem sic hic non ponatur, per se tamen intelligitur, ut in ista propositione: Aristotelis est genetivus casus, in subiecto intelligitur casus rectus scilicet etc. Non nego tamen de aliis partibus orationis, sed eas esse materialiter tantum posse esse terminos propter allatas ~~propositiones~~ rationes.

Quaeritur hoc loco an in propositione distinguantur realiter ~~subiectum praedicatum et copula~~. Respondeo subiectum et praedicatum, obiective et materialiter sumpta scilicet pro obiectis, et re quod dicitur subiectum et praedicatum non distingui realiter in propositione affirmativa, sed esse idem, ratio est, quia nil dicitur vere de alio, nisi sit idem cum ipso, iuxta illud axioma dialecticum: In omni propositione vera affirmativa recti subiecti cum recto praedicati debet ~~in~~ identificari.

Notandum 5to et ultimo, ut cuiuslibet propositionis praedicatum facilius discernatur, sciendum est

quædam propositiones de tertio adiacente, quædam de secundo adiacente, quædam de tertio adiacente. Propositio de secundo adiacente, illa dicitur in qua tantum subiectum expresse ponitur, et verbum. Prædicatum vero intra verbum continetur, ut Judas. Petrus bibit ubi in verbo bibit includitur ly est bibens. De tertio adiacente vocatur illa, in qua prædicatum subiectum et copula expresse ponuntur, ut Judas Petrus est bibo.

Dubium secundum.

Quid sit terminus in mentalem vocalem et scriptum. Significatiuum, non significatiuum Categorematicum Syncategorematicum et Mixtum. Definitiones singulorum traduntur.

Terminus Mentalis vocalis, et scriptus, est pars propositionis mente conceptæ voce vel charactere expressæ. Ex quibus solus Mentalis est terminus proprie dictus. Vocalis vero et scriptus non tam sunt termini, quam signa termini Mentalis, dicuntur que termini, non aliter quam imago, Regis dicitur Rex, eo quod Regem significet.

Terminus rursus vocalis et scriptus alius est significatiuus, alius non significatiuus.

Significatiuus terminus est, qui ex hominum impositione aliquid significat: huiu, ly Danis, est significatiuus terminus

quia ex proposito hominum, significat hoc obiectum quod est manducabile, Item homo [illegible] quia; ex pacto hominum, significat obiectum, quod est animal.

Terminus non significativus, est qui nullum habet, ex hominum placito, sibi impositam significationem - - - ut exempli gratia Blictri, dixi ex hominum placito, nam quolibet vox ab homine prolata, naturaliter significat, seu ducit in cognitionem, num ipsius loquentis, num conceptus ut enim de ipsa [illegible], aloquente formati.

Obicitur primo Probando nullum dari terminum non significativum hoc modo. Ad voces Nihil, Non, Nondum, sunt termini significativi; et tamen nihil significant. Ergo et Blictri est terminus significativus licet nihil significet.

Respondeo negando antecedens hoc scilicet, quod illae voces nihil significant. Siquidem significant obiectum non quidem positivum, sed negativum, nempe carentiam, seu non esse rerum, et quidem ex placito hominum. At vero vox Blictri, neque significat aliquod positivum neque negativum.

Quare observa, pro solvendis his fallaciis, aliud est Nihil significare, aliud significare nihil: sicut aliud est nihil videre et aliud est videre nihil. Unde in his obiectionibus talis advertendum est, quod nam particula nihil vel non, afficiat,

+

Si enim afficit verbum significo concedenda est propositio, ita ut sensus sit: Blictri non significat quidquam. Si vero particula non afficit non ipsum verbum sed caput verbi, ita ut sensus sit, Blictri significat nullum obiectum, vel negationem negata est propositio.

Obiicitur 2do, haec vox Blictri facit me venire in cognitionem huius, quod nihil significet, ergo est significativa. Sicut ista vox nihil significo, est significativa iuxta omnes, quia scilicet huius ipsius est significativa quod nihil est quod significet. Resp. Distinguo antecedens vox Blictri facit me venire proxime et immediate, cum vocis prolatae in cognitionem huius quod nihil significet, nego antecedens, remote et per discursum, concedo antecedens, scilicet audita hac voce Blictri prolata, illatione facio nullum intellectum esse in mente Petri, quod mihi manifestare intendat, eo modo quo non viso Petro in schola concludo apud me esse in schola Petri negationem. Nihil ominus vocem aliquid ita significare non est esse significativum. Ratio est quia voces immediate et sine discursu debent significare, quare potens simpliciter negare antecedens, ad probationem dices disparitatem esse inter hanc vocem Blictri et hanc nihil significo, quia vox Blictri non est instituta ad significandum negationem significationis, sicut est ista

ra i[n]struitur, [illegible] significatio,

Terminus Cathegorematicus ex Graeco praedicativus (cathegorein enim dicitur a praedicando) ille est qui solus praedicare potest esse vel subiectum vel praedicatum propositionis, completum sensum facientis, ut Deus Angelus, fortis ipsius et.
Sincathegorematicus, idem quod consignificativus, ille est qui per se solo non potest esse praedicatum vel subiectum propositionis completae, nisi adiectus alii termino cathegorematico, cuius significationem extendit vel contrahit, talia sunt omnia nomina distributiva et numeralia, ut nullus aliquis duo tres etc. Nec enim est perfecta propositio Petrus est aliquis. Perfecta autem est, Petrus est doctus.
Sincathegorematici termini dividuntur in signa universalia, qualia sunt omnis quilibet nullus nemo. et in particularia dividuntur, ut aliquis quidam affirmativa et ut omnis: in negativa ut nullus non.
Terminus mixtus est, qui potest resolvi in duos terminos praedictos, ut ly nemo resolvitur in ly nullus homo. Huc spectant adverbia nunquam semper, quae equivalent his terminis, in nullo tempore, in omni tempore. Verbo tamen usu est. Adiectiva non esse extrema formalia propositionis, sed tantum materialia, et comprehensiva unius termini totalis in propositione.

Inferes et illis nomina adiectiva esse terminos cathegorematicos, disparitas est inter distributiva generalia et inter nomina adiectiva, quia haec possunt [illegible], sine ullo

7

addito complemento esse predicatum in propositione perfecta, et sensum completum facientis, ut in nomine impersonali, cum dico Deus est solus. Nomina vero distributiva numeralia, quâ talia, nec subiectum nec praedicatum esse possunt, in propositione perfecta. non enim est propositio perfecta Petrus est aliquis.

Infertur secundo: Syncathegorematicum terminum, magis esse cum terminum quam terminum, et fere eundem terminum cum illo cui apponitur, quia non potest esse per se solo, quatenus talis subiectum aut praedicatum. Ei tamen denominatio termini magis competit quam obliquis casibus et alijs: quia numeralia et distributiva saltem cum apponuntur alijs terminis, possunt esse in recto subiectum et praedicatum propositionis.

Dubium Tertium

Explicatur Terminus Communis, Transcendens, Supertranscendens, Univocus, Equivocus, Analogus, et Particularis.

Terminus communis est qui pluribus competit distributive acceptis, sive actu existentibus, ut homo, sive potentia existentibus, ut sol ad multiplicationem sui significati.

Quare ly Deus non est terminus communis, quia quamvis conveniat tribus personis divinis distinctis realiter non tamen significat multiplicationem naturae divinae in illis.

Ter minus communis


Sufficit Vnum

In nomine Domini Amen

In Universam Aristotelis Stagyritæ Dialecticam.

PRÆFATIO

Non hodie primum quivis cum laudibus, in suæ artis opus excurrit, illiquæ diversas instruit panegires. Dialectica certe quæsitis non gaudet coloribus, cum ipsius cognitio, uti prope divina, tantum valeat, ut si aliquis eius præsidio destitutus fuerit non quidquam acute definire, non elaborate demonstrare, verbo dicam non aliquam cognitionem scientiarum commode assequi posse, hinc dialecticam et scholam et forum et curiam et rostra, sacraque suggestus omnium prælectionum, institutionum consiliorum omnium Magistram, dici habereque sapientes voluerunt. Quare qui non præferunt, rerum ignaris facem dialectices, ut pote nobilissimam humanæ rationis lucernam, illi cæci cæcorumque duces sunt censendi, hac sine Philosophus, Pseudophilosophus, vates fatuus, doctor seductor populi potius habendus, itaque cum dialectica hominibus, tam in otio quam in negotio, domi forisque in toga et sago dux cogitandi et iudicandi regula sit, eius studium alacri assumendum animo, si

+

in ulterioribus Scientiarum gradibus, faucilitas ubertas Fructusq copiosi assequi desiderantur. Ut autem procedamus nota Regione illarum, tum de causis, tum de alys similibus praecognita Satis necessaria premittemus; Siquidem teste Poeta. Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Sit itaque

Praecognitum Primum

Quis Auctor Dialecticae

Licet si ante tempora Aristotelis plurimi extiterant, qui dialecticam certis quibusdam praeceptis concludere tentarunt utpote Pitagoras, Gorgias Leontinus, et caeteri non pauci qui tamen a suscepto negotio turpiter destiterunt, et ridiculas inutilesque technas molientes, ea quae solidam pariunt eruditionem neglexerunt. Solus Aristoteles in hoc utraque palmam optinuit, nam et praecepta Dialecticae, perfecta consumataque reliquit, et modos certos ad evitandas, evertendasque impostorum astutias, metodo facillima demonstravit. Solum itaque Aristotelem inter Graecos Auctorem dialecticae, non alium quempiam ponimus et dicimus.

Præcognitum secundum

Quid est causa efficiens Dialecticis

Quatuor celeberrima apud Philosophos habentur causarum genera, ut pote causa Efficiens, Materialis Formalis et Finalis: Has nos in vestibulo tractatus præsentis inquiremus, ac Primo.

Nota Efficientem Causam sic definiri, efficiens causa est Principium motus, quæ est id a quo primo incipit motus, ut ignis est causa efficiens caloris.

Nota Secundo Causam efficientem dividi in universalissimam et Particularem, et in minus universalem. Universalissima quæ prima causa est, Ipse Deus Gloriosus, qui ad unius cujusque rei productionem primus concurrit, tanquam primus motor. Secunda Causa minus universalis seu Subordinata sunt cœli, quorum influxus sunt sublunaria, et quorum generationem, et corruptionem disponunt, unde illud Phisicum Axioma, Homo Hominem generat et Sol,

Tercia Causa Particularis efficiens Proxima, est illa quæ proxime et immediate producit effectum, qualis est ut Sartor qui efficit vestem, aut sericifaber, qui efficit soleam.

+

Duo itaq; Causam efficientem Dialecticæ esse duplicem Proximam Habitum Philosophiæ, Remotam intellectum humanum,

Præcognitum tertium.

Quid est Dialectica

Definitio est duplex: essentialis, et accidentalis

Est ars de quaestionis proposita, utramq; in partem disserendi ratio. Hæc definitio est essentialis, quia constat genere et differentia. Ars enim ponitur loco generis, quia convenit multis, nam et Rhetorica est ars et Grammatica, et aliæ Septem liberales his versibus Contentæ.

Gram loquitur Dia vera docet Rhet verba colorat
Mus canit Art numerat Geo ponderat Ast colit Astra.

Sunt et aliæ septem Mechanicæ.

Rus nemus Arva rates, vulnera lana faber.

Probabiliter enim ponitur loco differentiæ, differt enim Grammatica a Rhetorica, cui Probabiliter dicere, ad solam Dialecticam spectat, dicitur ars in definitione, ut excludatur, Scientia et quia tradit præcepta recte definiendi dividendi et Argumentandi, quæ sunt instrumenta Sciendi, tandem y vera

est habitus cum recta ratione factiuus, dicitur de re quauis non quoad Materiam, sic enim Sciens Dialecticus sciret omnia, sed quoad formam seu modum differendi, unde magis intelligendum est circa inuentiones rerum, quam circa res ipsas, licet res sint fundamenta uocum, non tamen ex rebus sed ex uocibus res significantibus, omnis Propositio, omnis Ratiocinatio constituitur, quibus omnibus Dialectica innititur, Dicitur Probabiliter. Non quidem excludit necessarias Argumentationes, sed quia probabilium, maior est copia et usus, quam necessariarum Quaestionum. Dicitur Vtramque in Partem, quia quaestionis probabilis uis est, ut in utramque Partem tam affirmantem quam negantem torqueri possit. Vg an Parentes diligunt plus, affirmatiue et negatiue probari potest, cum ipsi et experientia et exempla probent et reprobent. Dicitur differendi, id est discutiendi Quaestionem, iuxta Praecepta artis, ut scilicet definiat diuidat et argumentetur.

Obicies. Definitio debet esse adequata toti definito, sed haec Definitio Dialecticae non est adequata toti definito, ergo non est recta. Maior est uera, quia haec est uirtus definitionis Bonae. Minor Probatur, non conuenit Parti demonstratiuae, quae concludit ex necessariis, neque Sophisticae, quae ex Propositionibus

Definitio est oratio quae explicat naturam rei Definitae, id quod explicatur per Definitionem

apparenter veris, ergo non est adequata. Rdetur: Dialecticam vel lato modo sumi, quo idem est quod logica, vel stricto modo: Definitio ergo praedicta, non est adequata Dialecticae lato modo sumptae, haec enim debet continere, demonstrativum et Dialecticum sophisticum sillogissmum. Convenit tamen accepta stricto modo, haec enim antiquibus tantum Dialectica videbatur, quae probabilem contineret sillogismum.

Sciendum Primo veritatem in dialectica semper per se considerari, falsitatem per aliud, tantum ut nobis innotescat. &c

Sciendum Secundo. Probabile esse, quod aut omnibus probatur, aut pluribus, aut sapientibus, omnibus, ut parentes et praeceptores esse colendos pluribus, ut prosset ne sapientia divitiis, sapientibus, ut mundum unius arbitrio Dei gubernari.

Sciendum Tercio, verum a probabili differre, quia verum oritur ex rebus ipsis, probabile ab intellectu humano et opinione.

Sciendum 4to Habitus intellectus esse quinque, sapientia,

Intelligentiam, Prudentiam, Artem et Scientiam Vt indicat istarum Sy[illegible] Sapientia est Habitus Speculatiuus, inclinans humanum intellectum, ad assentiendum conclusionibus speculatiuis, per causas altissimas et primas, sub hoc [illegible] catur Metaphisica.
Intelligentia, est Habitus primorum Principiorum ut omne totum est maius sua parte. Scientia est cognitio rei per causam, ut ideo dies est quia sol lucet, prudentia est habitus practicus, inclinans humanum intellectum ad assentiendum conclusionibus practicis, quod desumuntur ex Ethyca Politica et Economica. Ars est habitus cum recta ratione factiuus.

Præcognitum 5tum

Vnde dicitur Dialectica

A Poty Dyalegomen, quod significat differere, tradit enim præcepta et formam differendi, dicitur Dia, quod est duo, et lexis quod est ratio, quasi duorum Sermo et Ratio, scilicet opponentis, et respondentis in disputando.

Præcognitum 6tum

Quotuplex est Dialectica.

Duplex: Naturalis et artificialis, Naturalis est vis a natura indita raciocinandi, quam etiam rudes habent, Artificialis est, Habitus mentis, aquisitus per demonstrationem, quo iudicamus de rectitudine cuiuslibet argumentationis. Artificialis est duplex, Docens et Utens. Docens est quae tradit praecepta conficiendorum sillogismorum, Utens est quae his praeceptis utitur, cum definit, diuidit, enunciat et argumentatur. Docens est duplex, alia inuentiua, alia iudicatiua, inuentiua est, quae de locis ex quibus Argumenta desumuntur tractat, et haec continetur octo libris Topicorum, Iudicatiua est quae argumenta ex locis desumpta, diligentius examinat. Utriusque huius Particeps erat Aristoteles teste Cicerone. Iudicatiua est triplex, Apodictica seu demonstratiua, probabilis et Sophistica. Apodictica est, quae ex ueris et necessarijs conficit conclusionem, ut omne Rationale est risibile, Omnis homo est rationalis, ergo omnis homo est visibilis. Probabilis est, quae ex rebus probabilibus concludit, in utramque Partem probabiliter, ut omnis mater diligit filium. Sophistica est quae ex apparenter ueris semper infert falsum. Ut quod videt habet os, Pratum videt ergo Pratum habet os.

Nota Dari adhuc Divisionem Dialecticæ a Doctoribus dialecticis, in Tres operationes intellectus, Prima est quæ vocatur Simplex Apprehensio, per quam rem Simpliciter Apprehendimus et continet Prædicabilia ac Prædicamenta. 2da est Quæ compositio et divisio dicitur, per quam de rebus Simpliciter apprehensis iudicamus, et hæc continet libros de definitione divisione et Propositionibus. Tercia quæ discursus dicitur, per quam ex præmissis notis, inferimus ignota, et hæc continet libros de Sillogismo.

Præcognitum septimum
Quæ est Causa Materialis seu quod obiectum Subiectumve Dialecticæ.

Notandum mo. Materiam dividi tripliciter, alia videlicet materia est ex qua, ut est aurum, ex quo fit aurea Pecunia. Alia Materia est in qua, ut est cera, in qua sigillum aut alia imago quæpiam exprimitur, Alia Materia est circa quam videlicet illa, circa quam versatur quæpiam res, scientia vel potentia, et talis Materia dicitur obiectum, eo quod alicui de se e tractanti, ita obiciatur et proponatur, ut eius actus terminet. Vt in Artibus Mechanicis. Architectorica ars versatur circa domum ex artibus liberalibus, geometria habet pro materia Magnitudines

tudines. Aritmetica numeros, ex scienciis, medicina habet corpus sanabile, ex potenciis, visus habet, pro obiecto colore, Auditus sonum etc.

Nota 2do. Subiectum et obiectum idem esse realiter et sola differre ratione, subiectum enim dicitur, quatenus subijcitur passionibus, quae de se demonstrantur, obiectum vero dicitur, quatenus obijcitur immediate intellectui, in scientia sua considerandum.

Nota 3tio, subiectum esse triplex, primo subiectum est aliud inhaesionis, qualia sunt subiecta quibus inhaerent accidencia, v.g. subiectum albedinis est paries vel cygnus, subiectum nigredinis est focus aut corvus, aliud est subiectum praedicationis, videlicet illud de quo aliquid dicitur tanquam praedicatum, ut homo est subiectum praedicationis de quo dicitur animal, aliud denique subiectum est Attributionis, videlicet illud ~~pr~~ ad quod omnia referuntur, quaecunque tractantur in aliqua scientia, et tale obiectum rursus dividitur in totale et partiale, ~~obiecto~~ seu subiecto totale illud est, aliter vocatur adequatum sub quo omnia ~~ve~~ illa comprehenduntur quae tractantur in illa scientia, quale obiecto, in physicis ~~est~~ corpus mobile. Partiale obiectum est, quod sub

Parte quapiam alicujus scientiæ comprehenditur, qualia sunt par=
tialia Obiecta in Phisicis, de cælo et mundo, de anima etc. in Logicis
de Prædicabilibus de Prædicamentis etc. Item dividitur obiectum
Totale in Formale et materiale; Materiale obiectum illud est, quod non
ratione sui, sed ratione alterius consideratur et attingitur, in
aliqua Scientia, ut in Phisica Materia et Forma, consideratur
et attingitur, Ratione totius compositi physici. Formale obiectum illud
est cujus Beneficio omnia, quæcunque sunt in sua scientia consi
derantur, quale Obiectum in Dialecticis est quæstio Probabilis.

Nota 4to. Condiciones Obiecti esse quatuor præcipuas, prima
est de natura Obiecti, ut omnia quæcunque tractantur in scientia, sub
eo collocentur, et ad illud tam directe, sive etiam oblique referantur.
2da est de Obiecti necessitate, ut det unitatem et distinctionem
sub scientiæ. Tertia, ut illius causas Principia Passiones et
partes consideret, illa scientia, cujus est obiectum.
Quarta, ut non latius aut strictius extendatur obiectum quam sua
scientia.

Nota 4to 5to. In præsenti quæstione, varias esse auctorum
opiniones; nam alij obiectum Dialecticæ volunt esse ens
rationis, alij Demonstrationem, alij Sillogismum, alij opera=
tiones intellectus quatenus dirigibiles, Alij Argumen=
tationem seu Ratiotinationem, et illa omnia in quibus
conficiendis, hæc ipsa scientia versatur. Nihilominus ista

+

non possunt pro obiecto Dialecticae assignari. Ideo, quod destituatur conditionibus obiecti, nam ens Rationis latius patet quam Dialectica. Extendit enim se ad Grammaticam, Argumentatio autem minus dicit, quam sua scientia, nam in Dialecticis plures habentur sciendi modi, quam Argumentatio Videlicet Difinitio et Divisio, idem intellige de alijs.

Conclusio. Obiectum Dialecticae est quaestio probabilis, de re quaque proposita. Ita sentit Cicero in Principio suae Rhetoricae, ~~ita~~ Aristoteles, dum Dialecticam Artem Artium Scientiam Scientiarum, ~~et~~ ad omnium quaestionum Principia explicanda, viam habentem appellat, probatur id ipsum Ratione, ~~quod~~ ad hoc omnia revocantur, quae tractantur, in Scientia logica, ergo quaestio Probabilis est Obiectum, siquidem ad hanc ~~omnia~~ omnia tractabilia in logica ad quaestionem probabilem refferuntur. Antecedens probatur inductione, in Dialectica tractatur de Praedicabilibus, praedicamentis Enunciatione et Syllogismo, sed ex his conficitur quaestio, constat enim ex Praedicato et Subiecto, ergo ad quaestionem probabilem omnia revocantur, quaecunque tractantur in Dialectica. Probatur 2do eadem Conclusio, a quo quaelibet Scientia ~~debentur~~ dependet, tanquam ab eo quod ~~est~~ est sui constitutiva

illud est obiectum illius scientiæ, sed Dialectica dependet a quæstione Probabili, tanquam ab eo, quod est sui constitutiua ergo quæstio Probabilis, est subiectum Dialecticæ. Maior patet ex eo, quia ad obiectum spectat, ut constituat scientiam, det ei naturam, unitatem, et distinctionem. Minor etiam manifesta quia omnia illa quæ constituunt Dialecticam, tractantur ratione quæstionis Probabilis, ut videlicet monstretur modus Probabilis, Arguendi circa quæstionem.

Obiicies Primo Quæstio Probabilis non omnia continet quæ tractantur in Dialectica ergo non est Obiectum eius. Antecedens probatur quia non continet Prædicabilia et Prædicamenta, iam autem conditio obiecti adequatissima est, ut omnia contineat ea de quibus agitur in scientia. Respondetur: Prædicabilia et Prædicamenta esse elementa quæstionis Amplicia, et circa ad eam etiam referuntur.

Obicies 2do, Quæstio Probabilis non distinguit Dialecticam ab alijs scientijs, u. g. a Rhetorica, ergo non est obiectum eius. Respondetur distinguendo Antecedens quæstio probabilis non distinguit Dialecticam a Rhetorica materialiter sumpta concedo, Formaliter Nego. Quæstio enim dupliciter sumitur, materialiter et formaliter, illa non distinguit, sed formaliter sumpta, nam quæstio Probabilis, ut probabilis non pertinet ad Dialecticam, quæstio uero

Probabilis spectans Ornatu pertinet ad Rhetoricam. Ad alias opiniones sic Respondendum, et inprimis reiectis alys, dicimus esse Argumentationem subiectum partiale, ad extremum ens rationis subiectum esse materiale, Ratione quaestionis probabilis, quod subiectum est formale.

Praecognitum Octavum.

Quod est Discrimen inter Logicam Rhetoricam et Dialecticam.

Dico ad primum, Stoici iudicativam scientiae disserendi partem Dialecticam vocarunt, cui etiam addidisset Aristoteles, eam partem inventivam, ex praeceptis inveniendi iudicandique constitutam Logicam scientiam vocavit. Unde quamvis utrique parti Logicae nomen commune sit Dialectica, tamen differt a Logica, quia Logica dicit partem rationalis scientiae, Logica vero accipitur pro tota consumata et absolutissima Rationalis scientia.

Dico ad 2dum, Aristoteles quidem in principio artis Rhetoricae, eam quasi ex altera parte Respondere Dialecticae, eo quod in ijsdem rebus versentur, nihilominus Dialectica et Rhetorica eo differunt. Quia non eodem modo circa idem obiectum versantur. Nam Rhetorica latior est, quod sua locutione, tanquam plenus et redundans alveus in campos medios, sic illa in omnem partem excurrit. Dialectica vero contractior est, utpote illa quae in nudis nominibus, nudam inquirit veritatem. Unde per Zenonem Dialectica stricto, Rhetorica vero

diducto pugno est expressa 2do differt Dialectica a Rhetorica uero quia Dialectica in Rebus universis, Rhetorica in rebus singulis versatur, ~~ut~~ Dialectica considerat hominem quatenus omnis homo constat et differentia, Rhetorica uero considerat hunc vel ~~illud~~ hominem, quatenus laudem vel vituperium mercatur.

§ 2. Ecognitum Notio.

Quae est Utilitas Dialecticae.

Usus et utilitas Dialecticae est multiplex, valet ~~autem~~ enim ~~[illegible]~~ adiuvat intellectus corrigendos, erroresque tollendos, ad indagandam rei veritatem et falsitatem reiciendam, ad confirmandas scientias speculativas et practicas, sine cuius Praesidio, nulla est quae suum officium recte, et sine ullo errore deragere, suam materiam explicare valeat, ~~unde~~ unde dicitur ars artium scientia scientiarum, ad omnium artium Principia explicanda viam aperiens, secundum Aristotelem: et quidem dicitur scientia scientiarum, quod superet omnes in administratione, dicitur vero ad omnium, quod nata sit dare modum Arguendi, ex Principijs aliarum Scientiarum.

Nota, ut ignis habet se ad combustionem, ita Dialectica ad Scientias, atqui sine igne combustio esse non potest, ergo et sine Dialectica Scientiae esse non possunt. Unde Isidorus, tolle dialecticam et erit sublata omnis scientia, et Sanctus Augustinus, si claudatur ianua Dialecticae omnes scientiarum fori clauderentur.

Obijcies, si Dialectica esset necessaria ad alias Scientias, esset perfec:

tior caeteris, sed hoc est falsum, ergo Dialectica non est necessaria ad alias scientias, falsitas probatur, quia Logica est instrumentum, instrumenta autem non sunt perfectiora, sequella probatur, quia Dialectica non indiget alijs, ceterae vero indigent ipsa. Respondetur negando sequellam, non magnam enim arguit perfectionem esse aliquid necessarium, ad aliud tanquam instrumentum, nec enim homo indiget cibo non cibus hominem, et tamen cibus non praestantior homine. Sequitur

Liber Izagogies Porphyriana introductionis seu Praecepta de universalibus.

Quae sunt circa universalium cognitionem consideranda.

Tria Primo necessitas eorum secundo natura tertio convenientia et discrimen.

Caput PRIMUM

Quis est finis conscriptionum universalium a Porphyrio.

Ille ut scilicet discipulo suo Chrysaorio, faciliorem aditum ad Dialecticam faceret, uti inscriptio sola testatur, quam suo tractatui praefixit. Inscribitur enim Porphyrij Izagogies, idest Porphirij introductio (intellige ad Dialecticam Aristotelis) uti statim colligitur, Izagogien Porphyrij non esse partem dialecticae, sed solum introductionem ad illam.

Quibus de Causis universalium cognitio est necessaria.

Primo ad cognitionem Cathegoriarum, seu Praedicamentorum Aristotelis

quod ex Universalibus, id est Generibus Speciebus et differentiis constru:
entur, 2do utilia sunt ad Definitiones, et conseptiones definiendas,
illa ex genere et differentia, hae vero ex genere proprio, et acciden=
tium cognitione constare debebunt, tertio ad divisiones quae sunt
generis in species et differentias vel propria vel accidentia, quorum
explicatio continetur in universalibus, 4to ad Demonstrationes
quarum medius Terminus est definitio, ex genere et differentia constas.

Nota hic obiter. Necessarias dici quinque voces ad cathegorias
ad definiendum dividendum et argumentandum non simpli:
citer et absolute, sed ex Hypothesi seu suppositione finis.

Quid est Universale.

Secundum mentem Aristotelis, Universale definitur sic. Univer:
sale est quod de pluribus suapte natura praedicatur, seu universa:
le est, vox communis ratione ac mente separata, quae de pluribus
ordinate subiectis, uni voce, id est uno eodemque nomine praedicari
potest, ut animal est vox communis, mente ac intellectu abstrac:
ta, quia de equo Asino bove et de alijs eiusdem generis, aequa:
liter secundum unam eandemque rationem praedicatur. Nam cum
quaeritur quid est homo, respondetur est animal. Quid est equus est animal
et sic de alijs neque enim magis vox animalis servit homini, quam
equo aut asino.

+

Idem ne sunt Universale et Prædicabile.

Respondentur non. Et ratio prima, quia Prædicabile dicitur de multis, universale multis inest, Ratio secunda quia universale est tanquam fundamentum Prædicabilis. iuxta illud dici de præsupponit esse in idest ut aliquid prædicetur de aliquo, requiritur ut illi insit, sic ut animal prædicetur de homine necesse est ut insit in homine.

Notandum hic, differentiam inter universale et Prædicabile hanc esse. Quia natura universalis, est adeo nata inesse multis, ut natura Leonis est universale, quia est in multis Leonibus. Prædicabilis vero natura est dici de multis seu prædicari de multis, ut Natura Leonis est Prædicabile, quia dicitur seu prædicatur de multis Leonibus.

Quæres Primo.

Cur Prædicabilia dicantur universalia.

Ideo vel quia res plurimas comprehendunt sub universalis significationis ambitu, vel quia sunt gradus communitatis vocabulorum, nihil enim potest prædicari de alio, nisi sit illud, aut communius aut æquale, nec angusta vox Ponitur loco prædicati cum ordo naturæ sit, ut angustiora declarentur per communia.

Quæres Secundo.

Quotuplex sit universale.

Quadruplex Primo Universale dicitur in causando, quod est causa

multorum effectiuo, ut Deus et coelum dicuntur causae universales, quia plures effectus producere possunt, 2do in significando seu repraesentando, ut cometae quae multos effectus denunciant, et voces seu conceptus, quae non unam rem singularem sed multas easdem, easque multis communes significat, Tercio in essendo quod est aptum inesse multis, ut homo et equus sunt duae naturae communes multis singularibus. Quarto accipitur universale in Praedicando, et est nihil aliud, nisi secunda intentio, quae naturae communi, ut humanitati aut animalitati, eo fine applicatur, ut sit apta proxime praedicari de multis. Sic natura humana apta est praedicari de suis individuis, ut Petrus est homo Paulus est homo etc. Ex his acceptionibus ad considerationem praesentem universalium sufficit universale duplex, in essendo et Praedicando, quia dialecticus univer- sale considerat sub ratione Praedicationis, a qua Praedicabile dicitur.

Nota Primo duplicem esse vocem communem quae multis communicatur, ut homo, brutum etc, particularem quae uni soli rei accomodatur, ut Ioannes Michael Alexander etc. Vox communis a logicis dicatur universabile et Praedicabile, vox particularis dicitur individuum quia non dividitur non distribuitur non communicatur multis, sed uni propria est.

Nota 2do, conditiones ad Rationem universalis neces- sarias esse tres, prima est ut sit unum quid, in quo omnia singu- laria conveniant, 2da ut habeat aptitudinem ad Praedicandum, ~~quae mauis~~ quamvis non praedicetur actu, tercia ut praedicetur de aliis.

Nota Tertio, prædicationem esse duplicem Actualem et Potentialem; Actualis est, quando aliquid actu prædicatur de Pluribus, ut homo animal, Potentialis est, quando aliquid potentialiter prædicatur de aliquo, ut Sol luna etc. Inde sciendum non tantum illud dici Prædicabile, quod prædicetur de Pluribus actu, sed etiam illud quod prædicari posset, si darentur plura ut Sol mundus, Luna Phenix, non prædicantur de Pluribus individuis ea sint specie actu, sed potentia, omnia enim hæc, quatenus abstrahantur per intellectum, a Sole Luna etc. ista scilicet quæ vidimus, habent hoc ut possint prædicari non magis de Luna una vel Sole, quam de Pluribus si esset.

Caput 2dum
De Prædicabilibus seu Universalibus in genere.
Quod sunt Prædicabilia seu Universalia.

Quinque, genus, species, differentia, Proprium et Accidens, Probatur quot sunt modi prædicandi tot sunt prædicabilia, sed modi prædicandi sunt 5, ergo et Prædicabilia. Maior certa, Minor probatur, quia quod prædicatur, aut in quid, aut in quale. Si in quid, aut de Pluribus specie differentibus et sic est genus, aut de pluribus numero differentibus, et sic est species. Si in quale, aut essentiale, et sic est differentia, aut in accidentale, et sic est accidens, non possunt plures modi Prædicandi, quam hi quinque reperiri, ergo neque

Prædicabilia plura. Obic

Obicies, quot sunt modi prædicandi tot sunt prædicabilia sed duo tantum sunt modi prædicandi, ergo et prædicabilia sunt tantum duo. Minor probatur modus prædicandi vel est in quid vel in quale, ergo tantum sunt duo modi prædicandi. Respondetur distinguendo minorem modi prædicandi sunt tantum duo, generice sumpti concedo, specifice nego.

Obicies 2do Individua seu singularia sunt infinita ergo et universalia erunt infinita non ... Antecedens patet, consequentia probatur, singulare est oppositum universali, quot autem modis, unum oppositorum dicitur tot et altero dici debet docente Philosopho lib: 1mo Thopicorum cap: 3tio ergo universalia erunt infinita, Respondetur distinguendo antecedens, Individua seu singularia materialiter sumpta sunt infinita concedo formaliter nego, materialiter sumuntur individua, seu res singulares, formaliter voces singulares, res denuncciantes secundæ intentionis.

Caput III

De Genere

Quare primo a Genere auctor incipit, quam ab alio universali.

Quia genus est communius cœteris, communia autem ordine naturæ priora sunt. Præterea, quia genus vicem obtinet materiæ, in compositione speciei. Materia autem natura prior esse censetur.

Quid est Genus Dialecticum

Genus Dialecticum est id, quod de pluribus et differentibus specie in quæstione quid est prædicatur. vel communius, genus est id quod prædicatur de pluribus specie differentibus, in eo quod quid est. ut animal est genus, quod prædicatur de homine, bove asino leone etc. quæ omnia sunt specie diversa, in quæstione quid est, nam cum quæritur, quid est homo recte Respondetur est animal, quid est Leo, quid Bos, quid asinus, unumquodque ex dictis esse animal dicitur. Specie ut excludatur genus a specie quæ de pluribus numero differentibus prædicatur. Dicitur in eo quod quid est, ad excludendam differentiam proprium et accidens, quæ in quale prædicantur. Intelligitur autem Quid, id est essentialiter et quidditative, Genus enim explicat quidditatem rei seu quid sit res, cum enim quæritur quid est homo, Respondetur bene, esse animal.

Nota Abstractionem generis a speciebus, eandem esse quæ speciei ab individuis.

Nota 2do Genus sumi dupliciter, primo ut est totum potentiale quatenus abstrahitur a speciebus, secundo ut est pars actualis, quatenus adiuncta differentia constituit speciem, ut animal adiuncto

rationali constituit hominem, in hac definitione sumitur genus ut totum non ut pars.

Nota 2do Genus prædicari de pluribus immediate seu proxime ut animal de homine, bove etc. de individuis autem mediate, scilicet mediante specie, ut animal de Petro mediante homine prædicatur.

Obicies imo genus non prædicatur non in quid ergo definitio generis est mala. Antecedens probatur, pars de toto non prædicatur in quid sed genus est pars totius ergo non prædicatur in quid, minor patet quia non dicitur homo est animal, sed homo habet animam, quia anima est pars hominis. Minor etiam probatur, homo componitur ex genere aut differentia tanquam ex partibus. Respondetur distinguendo minorem, Genus est pars hominis ex modo nostro concipiendi concedo, ex parte rei significatæ, Ratio negationis, nam subiectum generis ut homo, non componitur ex genere et differentia tanquam ex partibus distinctis realiter, sed potius eius essentia exprimitur, partim per genus partim per differentiam.

Obicies 2do etiam ens prædicatur de pluribus specie differentibus in quid, et tamen non est genus, ergo mala est definitio.

Antecedens probatur, prædicatur de substantia et accidente quia tam substantia est ens quam accidens, ergo etc. Respondetur ad probationem antecedentis, ens prædicatur de pluribus specie differentibus in quid, Analogice concedo, univoce Nego.

Obicies 3tio. Haec definitio etiam est propria speciei et differentiae, ergo non soli generi. Antecedens probatur. quia haec tria Praedicabilia, genus species, differentia explicant essentiam unius rei. Respondetur Negando Antecedens, explicant essentiam eandem, eadem ratione Nego, Dico Iam sincido. Genus enim praedicatur de pluribus specie differentibus, Species de pluribus numero differentibus, differentia vero specie et numero, in quale essentiale.

Quod Sunt acceptiones Generis.

Tres Prima est haec, genus prima sui acceptione seu significationem sumitur pro multitudine hominum omnium originem habentium, et qui ad unum Principium aliquod refferuntur, sic Poloni refferunt suum genus ad Poloniam, Ruteni ad russiam tanquam ad communem Patriam. Secundo modo sumitur Genus pro Principio alicuius generationis, seu alicuius collectionis et multitudinis, quod dependeat ab ipso, tanquam Principio productivo et conservativo, sive illud sit Parens, sive Patria. Iuxta Primum dicimus Ciceronem esse genere Europidarum, Remulo Romanorum. Iuxta secundum ~~genere~~ Platonem esse genere Atheniensium, Aristotelem Stagiritam, datur enim, ut Pater ita Patria, cuiusque ortus initium.

Tercio modo sumitur genus, pro eo cui subiciuntur multæ species, seu quod in se multas continet species, tale est genus v.g. animal, quia animal continet multas in se sui species, v.g. Asinum, Bovem etc.

Nota modi accipiendi generis a nonullis summantur, tres, septem. Primo ut est Principium generationis, a quo quis genitus est, ut Pirrus Ephirotarum Rex paterno genere ab Hercule, materno ab Achille genitus dicitur. Secundo ut est Principium conservativum, et tale est genus Patria, in qua quis genitus est. Tercio significat multitudinem hominum ab uno genitore descendentium, ut genus Lechiadum a Lecho, Romanorum a Romulo. 4to ut est genus Partium Principium orationis, sic dicimus animal esse generis neutrius. 5to significat qualitatem et conditionem. 6to significat subiectum, ex quo res fiunt, et tale dicitur ... 7mo Pro genere Logico, sub quo species ponuntur, de quo hic agitur. Quod scilicet nihil aliud est, nisi id quod Praedicatur de pluribus specie differentibus.

Quotuplex sit Genus.

Duplex Generalissimum seu summum, et intermedium seu subalternum.


Genus Generalissimum est, quod ita est genus, ut non sit species vel supra quod non est aliud superius genus, sed ipsum est sub quo


omnia superiora genera collocantur, tale genus est Substantia, generalissimum seu summum, quia Substantia nullum aliud habet genus supra se, cui subiciatur. Talia quoq; summa et generalissima genera sunt, illa novem Prædicamenta Quantitas Qualitas Relatio etc.

Genus intermedium seu subalternum est, quod ita est genus ut etiam et species esse possit, modo tamen et respectu diverso, ut animal respectu hominis est genus, respectu viventis est species. quæ omnia, ut eo facilius et melius intelligi possint. placuit typum Arboris Porphyrianæ apponere.

ARBOR
Porphyriana






Genus
Generalissimum
Substantia
Corpus
Viuens
Animal
Homo
SPECIES
Incorporea
Inanimatum.
Insensibile
Irrationale

+

Quaeres Primo. Quid est Arbor Porphiryana.

Est recta uocum et praedicabilium coordinatio. Dicitur Arbor ab inuentore Porphyrio, qui Primus illius Auctor extitit. Dicitur autem per Metaphoram Arbor, quia representat nobis similitudinem Arboris, nam ut arbor naturalis ex radice stipite et ramis constituitur, ita et haec artificialis, in qua loco ramorum sunt differentiae, scilicet rationale et irrationale, sensibile et insensibile. Truncus seu stipes arboris ipsius sunt genera et species, iam uero quia radix a Philosophis statuitur duplex. In essendo et cognoscendo.

Radicis in essendo similitudinem refferunt indiuidua, sine quibus sic ut arbor uera non potest esse, ita genera et species in ista arbore, quantum ad sua significata. Ita genera iuxta illud Philosophi in Praedicamentis, comptis Primis Substantijs, idest indiuiduis, impossibile est aliorum, idest generum et specierum significata remanere. Et hic dicitur arbor erecta non euersa. Radicis in cognoscendo uices gerit genus uniuersalissimum scilicet substantia. In cognitione autem nostra processus est ab uniuersalibus ad minus uniuersalia, iuxta Philosophum Primo Phisicorum. Et hic arbor dicitur inuersa, quia habet radicem sursum scilicet substantiam.

Quaeres Secundo

Suntne expressa omnia Praedicabilia in arbore.
Non sunt. Non enim est Proprium et accidens expressum, nisi
genera Species et differentia. Ratio quia haec arbor est Substantia
Proprium vero et accidens non sunt substantia. Sed ut hoc
omnia melius intelligantur, propter meliorem istius Typi explicationem.

Nota Primo. Istam coordinationem generum et
specierum, appellari propter quandam similitudinem quam
habet cum arbore naturali, ut superius in quaesito Primo dictum.

Nota 2do in hac arbore animadvertimus ea quae a Substan-
tia usque ad hominem sunt Posita, esse Praedicabilia, quorum datur unum
genus supremum scilicet Substantia, datur una species infima
scilicet Homo, dantur genera intermedia, seu species subalter-
nae, cum differentiis a latere, quae omnia inter se ita sunt affecta, ut
Substantia quae in supremo loco Ponitur sit Praedicabile, quia
Praedicatur de omnibus inferioribus sibi subiectis, itaque Genus
generalissimum, cum supra substantiam, nihil super illis liceat videre
in hac arbore. Homo sit species infima et Praedicabile, et infra illum
nulla alia datur species, Praeter individuum quae non sunt Prae-
dicabilia, quia neque sunt genera neque species, sed tantum sunt
subiicibilia quae omnibus illis quae supra ipsum Ponuntur subiiciuntur.

reliqua autem quæ intra hominem et substantiam collocantur sunt prædicabilia et simul subjicibilia, dicunturque genera subalterna ut corpus vivens animal, quæ et genera et species esse possunt. Respectu superiorum erunt species, respectu inferiorum erunt genera, ut corpus respectu substantiæ est species, respectu viventis est genus, et sic de alijs.

Notandum In ista arbore poni res dupliciter vel directe vel indirecte. Directe ponuntur illa, quæ de suis inferioribus dicuntur in quid indirecte quæ prædicantur in quale. Videre hoc est in prædicamento substantiæ, in quo genera species et individua, unum sub alio pro dignitate sua collocantur, ut substantia, corpus vivens animal homo. Differentiæ à latere sunt ut corporeum et incorporeum. Hoc jure fit, eo, quia illa videntur habere facultatem per se subsistendi. Differentiæ autem habent se per modum formarum, distinguentium unum ab alio, illa considerat sub ratione totius, hæc autem sub ratione partium. Propria vero et accidentia, quoniam non pertinent ad essentiam substantiarum reiciuntur etiam a prædicamento substantiæ.

Notandum Methodum explicandi hic superne non descendendo deorsum, per resolutionem unius in multas, esse hanc.

Omnia quæcunque existunt per se in rerum natura conveniunt

in eo quod sint substantiæ. Ponitur tamen pro genere generalissimo Terminus hic. Substantia. Tandem substantia dividitur in corpoream et incorpoream. Ad incorpoream refferuntur intelligentiæ et spiritus cælestes, tum et Dæmones. Ad corpoream refferuntur omnia quæcunque sensu aliquo aut visu aut auditu, aut olfactu, aut tactu percipi possunt, atque trina dimensione, nimirum latitudine longitudine et profunditate, seu crassicie constant. Ex his constituitur genus intermedium corpus, hoc est duplex, Animatum et inanimatum. ad animatum refferuntur omnia corpora, quæ habent animam aut vegetativam ut plantæ, aut sensitivam ut bruta, aut rationalem ut homines. ad inanimatum refferuntur omnia corpora quæ carent anima, ut stellæ cœli, Elementa, mineralia seu metalla ut aurum argentum etc. Lapides quoque tam præciosi quam vulgares.

Ex his constituitur genus intermedium vivens hoc est duplex Sensitivum et insensitivum, ad insensitivum refferuntur illa omnia, quæ tantum habent animam vegetativam, ut sunt plantæ herbæ frutices etc. Ad sensitivum revocantur omnia illa quæ habent animam sensitivam aut rationalem, cum sensitiva coniunctam. Ex his colligitur tertium genus intermedium Animal hoc est duplex Rationale et irrationale, ad irrationale refferuntur Bruta quæ tantum sensitivam animam habent, ad rationale refferuntur homines. De quibus tandem species infima homo colli

colligitur. Quod tantum de ipsis individuis, inter se nulla tenus differentibus. Secundum se univoce praedicatur, et non nisi in ipsa individua resolvitur.

Nota ultimo utile istam esse arborem ob multa. Primo enim cognoscimus in ea, quid nam est genus generalissimum et subalternum, item species specialissima et subalterna, 2do quis sit ordo generum et specierum, in praedicamento substantiae. Tercio quomodo differentiae dividunt genus et constituunt speciem. 4to quem nam locum praedicati, in propositionibus tenere debeant, et quod locum subiecti. Nam omnia superiora de suis superioribus praedicari debent, et omnia inferiora subiici superioribus.

Caput 4tum.

De Specie. Quot modis species accipitur.

Respondetur 6. Primo pro forma seu pulchritudine. sic dicitur species dignam imperio, 2do pro immagine ut architectus habet speciem aliquam edificii in intellectu, id est immaginem, Tercio pro apparentia et demonstratione rei sic dicimus aliquid esse specie tenus bonum id est apparenter, 4to pro forma substantiali, quod est pars altera compositi. 5to pro eo quod subiicitur generi, dicitur species subiicibilis, 6to pro eo quod attribuitur multis numero differentibus, et dicitur praedicabilis species.

Quid est Species. Species est id quod prædicatur de Pluribus numero differentibus, in eo quod quid est, ut homo de Joanne, Petro. Species est vox communis, quæ dividit genus, ut homo dividit animal in Rationale et irrationale.

Notanda hanc definitionem eadem convenire speciei Prædicabili, ... Primæ Subiicibili, hæc enim ad Subiecta individua refferuntur, illa vero ad supposita genera, dicitur in definitione Prima Prædicari de Pluribus, quia Species est quoddam universale, quod tantum prædicatur de iis, quæ solo numero differunt, dicitur numero differentibus ad Differentiam generis, quod de Pluribus specie differentibus prædicatur, dicitur in eo quod quid est, quia ad interrogationem factam de individuis adhibenda est Responsio Speciei, ut quid est Bucefalus, est equus Alexandri.

Quotuplex est Species

Duplex, Subalterna seu media, et specialissima seu Atoma. Subalterna est, quæ diversa ratione potest esse et genus et species, genus Respectu inferioris, species respectu superioris, ut animal Respectu viventis est species, Respectu hominis est genus, dicitur Subalterna id est sub altero posita, ac ideo dicitur intermedia ac media, quia species subalternæ medium locum tenent, inter genus generalissimum et speciem specialissimam.

Species Specialissima est quæ semper est species nunquam genus, ut homo respectu Petri, Pauli, Joannis, dicitur species Atoma id est indivisibilis.

Obiicies Sol, Luna, Mundus, Phœnix non prædicantur de pluribus et tamen sunt prædicabilia, ergo mala est definitio speciei quod prædicetur de pluribus. Respondetur ad antecedens, non prædicatur actu concedo, potentia nego, unde si per impossibile unus tantum esset homo in mundo, species humana in hoc unico recte conservaretur individuo. Sicut de facto species Solis Lunæ conservantur, sunt tamen aptæ prædicari de pluribus, si adeo crearentur, plures soles lunæ non repugnat.

Quæres hic, quis est usus speciei Logicæ. Respondetur utilis est ad tollendam confusionem generis. Ita prudentia iustitia fortitudo, tollunt rationem confusam significatam, quæ est in genere virtus. Cognita enim natura specierum perfectius et distinctius cognoscitur natura generis, unde si pingi animal iubeas incertum est quid velis, nisi primo addas nomen speciei, ut canis lupi aut alterius alicuius.

Caput V

De Individuo

Cur post tractationem generis et speciei ponitur individuum. Ideo quia ex multis individuis iisque similibus colligitur species, ex collectis pluribus speciebus colligitur genus, unde nisi habeatur perfecta individuorum cognitio, non potest recte cognosci natura speciei et natura generis.

Quid est individuum.

A Porphyrio individuum definitur dupliciter. Primo, individuum est quod de uno solo Particulari Praedicatur, ut Petrus Paulus etc. 2do Individuum est illud, cujus proprietatum collectio, ita est in uno, ut in altero nulla ratione queat reperiri, ut esse natum in hac Patria, ab his Parentibus, tali hora, sub tali Planeta ita reperiuntur in Petro aut Joanne ut in alio homine posit reperiri.

Quaeres. Est ne Differentia inter duas Definitiones individui.

Est. Prima enim Definitio convenit vocibus, 2da ipsis rebus, magis proprie applicatur.

Nota duplices esse Proprietates, aliae sunt quae eaedem reperiuntur in omnibus speciebus, aut individuis sub illo genere aut specie contentis, ut risibilitas flebilitas, disciplinae cappacitas, admiralatitas, sunt proprietates humanae naturae et sunt eaedem in omnibus hominibus.

Aliae sunt Proprietates individuorum singulares quas habent singula individua, et vocantur conditiones individuantes, et ipsae simul sumptae, non reperiuntur in alio. Et tales conditiones individuantes, sunt septem ut Patet ex his versibus.

Forma, Figura, Locus, Nomen, cum Sanguine, Tempus
Patria quae septem non continet unus et alter.

Dicuntur autem istae conditiones individuantes ideo, quia ab earum collectione, unum individuum ab alio distinguitur, Petrus enim aliam habet figuram quam Paulus.

Ratio, individuum dici, quia non potest dividi in plura particularia, de quibus possit praedicari.

Quotuplex sit Individuum.

Duplex vagum et determinatum.

Quid est individuum vagum, quod neque nomine proprio significari, neque termino demonstrativo determinari potest, sed confuse et dispicte. Ut quidam homo aliquis Bos etc. 2.

Quid est individuum determinatum quod determinatam et certam rem singularem significat. Ut Petrus Paulus hic Bos etc.

Quotuplex sit individuum determinatum.

Quadruplex determinatum demonstratione, nominatione, circumlocutione, et suppositione. Determinatum nomine est quod proprio exprimitur nomine ut Petrus Paulus, demonstratione est quod exprimitur pronomine demonstrativo addito apellativo, ut hic homo. circumlocutione est quod exprimitur per periphrasim, ut Troiani Belli scriptor idest Homerus. Suppositione est, quod posita aliqua conditione, rem particularem significat, ut Mariae filius intelligitur Christus Dominus supposito quod Beatissima Virgo unicum habuerit filium et non plures.

Obiicies individuum potest praedicari de pluribus, ergo male dicitur quod de uno solo praedicetur. Antecedens Petrus est individuum atqui Petrus praedicatur de pluribus hominibus, qui hoc nomine consignantur ergo etc. Respondeo distinguendo Antecedens, individuum potest praedicari de pluribus secundum vocem tantum concedo Antecedens, secundum rem et vocem simul nego Antecedens.

+

Caput 6 De Differentia

Post explicationem Prædicabilium quæ Prædicantur in quid explicanda sunt quæ in quale Prædicantur, ideo Prius de illa agendum quod in quale essentiale Prædicatur.

Quid est differentia. Differentia est quæ de Pluribus specie vel numero differentibus in quale essentiale prædicatur, ut Rationale, quod Prædicatur de Pluribus individuis numero inter se distinctis. Dicitur de Pluribus specie, propter differentiam quæ de multis speciebus dicitur, ut sensitivum de Bruto, quod multas species continet. Dicitur de Pluribus numero, ut attingatur differentia specifica quæ multis individuis attribuitur, sic rationale dicitur de Petro Paulo hominibus et equo, quæ individua numero distinguuntur inter se. dicitur in quale essentiale, ad excludendum accidens quod prædicatur in quale accidentale contingenter, et Proprium, quod in quale accidentale necessario: deinde ideo quia dum quærimus qualis est homo Respondemus Rationalis, quia rationale est de essentia hominis.

Nota hic obiter quale esse triplex aliud est essentiale seu de essentia, quod competit differentiæ, aliud quale iuxta essentiam Seu extra essentiam, quod competit Proprio et aliud quale iuxta extra essentiam quod competit accidenti.

Quotuplex est Differentia

Differentiæ divisio est multiplex, alia differentia essentialis alia accidentalis. Essentialis est, quæ dividit ea quæ sub eodem genere collocantur, ut rationale et irrationale dividunt animal. Accidentalis est, per quam res differunt accidente suo separabili et inseparabili. Secundo Differentia dividitur in constitutivam

+

et divisivam. Constitutiva est, quae addita generi constituit aliquam certam speciem, ut substantia est genus, cui si addideris differentiam corpoream, constituitur nova substantiae species, videlicet corpus. Divisiva est quae genus aliquod dividit substantiae; differentia enim incorporea, dividit substantiam incorpoream a corporea. 3tio Differentia dividitur in propriam et communem. Propria est quae unum ab alio facit differre proprietate aliqua, ut homo differt ab equo, quia ille est risibilis, hic vero hinnibilis. Communis differentia est, quae unum ab alio facit differre accidente communi, ut Joannes a Petro differt, quia ille sedet et hic stat. 4to Differentia dividitur in genericam et specificam. Generica differentia est, quae generaliter multis competit speciebus vocaturque remota, ut est differentia corporea, competit enim lapidi, plantae et ceteris. Specifica differentia est, quae semper alicui speciei competit, diciturque immediata et maxime proxima, ut rationale quod competit homini. Et haec ipsa differentia taliter significata, constituit in ordine praedicabilium tertium praedicabile.

Obiicies contra definitionem differentiae, haec definitio non soli differentiae competit ergo non est bona. Antecedens competit accidenti, quod praedicatur de pluribus specie differentibus ut nigredo de Aethiope, corvo, albedo de cygno nive etc. Respondeo distinguendo antecedens, accidens praedicatur

de Pluribus specie differentibus, accidentaliter tantum concedo antecedens, essentialiter nego antecedens.

Quaeres Primo

Unde sumuntur differentiae — Ex locis dialecticis, scilicet a Definitione genere, specie coniugatis etc. Ita per Definitionem iudicium ab arbitrio differt, quia iudicium est rei certae, arbitrium vero incertae.

Quaeres 2do quis est usus differentiae.

Dico quia valet Potissimum ad Definitiones et divisiones, Ratio quia unaquaeque res ut constituitur, ita debet definiri et dividi, sed per genus et differentiam constituitur ergo etiam per genus et differentiam dividi debet.

Caput 7mo
De Proprio. Quid est Proprium

Est vox communis quae de una specie, et eius individuis praedicatur in quale accidentale necessario et convertibiliter, ut risibile praedicatur de una specie hominis, et omnibus eius individuis, scilicet Petro Paulo etc. e Dicitur in quale nam cum quaeritur quale est animal homo, Respondetur esse risibile, Dicitur necessario ad differentiam accidentis quod praedicatur contingenter, dicitur convertibiliter, idest reciproce ut ostendatur inter speciem et proprium dari reciprocationem, Bene enim dicitur est risibile ergo est homo, et e converso, est homo ergo est risibilis.

Quo differt Proprium a Differentia.
Quia Proprium convertitur cum specie et differentia, unde Bene risibile est et homo est risibilis, cum vero male omne ratio:

nale est homo, quia et angeli sunt rationales, 2do quia propriu[m] uni speciei differentia nulli convenit, ut vere soli homini competit rationalem esse etiam angelis. 3tio quia differentia actu dicit et quod constituendam rei naturam est necessaria, proprium autem aptitudinem, 4to differentia est causa, proprium autem effectus, ut rationabilitas est causa visibilitatis, visibilitas vero effectus.

Nota licet proprium non possit dici de pluribus speciebus, tamen in est toti speciei, et ita vim habet praedicandi de pluribus, et ergo dicitur proprium non absolute sed respective, quatenus est in hac specie, et dicitur universale.

Quot modis accipitur proprium.

Quatuor. Prima acceptio proprii est, quod soli speciei et non omni eius individuo competit, ut dialecticum seu oratorem medicum esse, soli homini competit non tamen omnibus individuis quia non omnis homo est dialecticus.

Obicies. Deus etiam est medicus, dicit ecclesiastes, capite 38 omnis medela a Deo, et v. 29 homo homini reservat iram et a Domino quaerit medelam. Deinde angelus fuit orator in salutatione Virginis mariae, sic Rafael medicus dicitur enim Tobiae primo, quia sanavit Tobiam, et visum restituit illi, tandem medicum esse canibus convenit, unde versus
Conditione bona sunt in canelis duo dona,
~~Sentit odorem~~ Est lingua medicus dinumeratur fidelissimus
Sentit odorem fugit in latro latrante.

Ergo non soli homini competit esse medicum et oratorem. Resp. esse medicum quadrupliciter. Primo per essentiam, et sic est deus ille noster medicus. Secundo per cohaerentiam scientiae est, sic est angelus, tertio per naturam, ut canes, sunt enim animalia habentia porosas linguas habentia, unde cum vulnera lingunt, hac mediatione eas extrahunt, et sic sanitas consequitur. 4to per continuum exercitium et sic medicus solus homo est. Neque primam istam acceptionem proprii debet intelligi.

2da Acceptio proprii est, quod omni individuo et non soli speciei convenit, ut esse bipedem convenit omni homini sed non soli, quia et avibus idem est naturale.

Obiicies, saepe homines inveniuntur unius aut nullius pedum, ergo esse bipedem non convenit esse omni homini. Resp. hunc modum seu hanc acceptionem proprii intelligendam esse de perfectis non mutilatis hoc enim accidit vel casu vel errore, cum monstrum generatur, aut casu aliquo abscinditur pes vel manus. 3tia acceptio proprii est, quod soli speciei omni individuo, sed non semper convenit, ut canescere soli homini, omnique individuo naturae speciei humanae, sed non semper, quia tantum in senili aetate.

Obiicies etiam lupi et canes canescunt, ergo non solus homo. Resp. hic canicies est improprie non propria, canicies enim proprie loquendo, est quemadmodum passio in capillis hominis causata ex frigiditate putrefacti humoris, quod est in materia capilli, quod lupis et canibus non competit, griseci potius non cani dicendi sunt.

Obiicies 2do homines canescunt etiam in iuvenili aetate, ergo non tantum in senili, Antecedens probatur exemplo adolescentis, qui cum a Ferdinando Rege damnatus esset capite, una nocte totus incanuit, ob quam rem insolitam ab eo est absolutus. Sic alter e rupe alta pendens, prae ipsius metu subito incanuit. Resp. distinguendo Antecedens, homines canescunt in iuvenili aetate

accidentaliter concedo, naturaliter nego. Quod enim homines canescunt, evenit, pessimo ob nimiam curam, iuxta illud poetae,

Cura facit canos quamvis homo non habet annos.

2do Ob nimiam investigandarum rerum, a cognitione abstrusarum, investigationem. 3tio ob laesionem cerebri, nec bene temperatam complexionem, ut est flegmatica, melancholica, utraque enim est de se frigida. 4to propter senectutem ipsam, quod cum abundet frigiditate ob defectum caloris radicalis, causat canitiem. 4ta Acceptio proprii est, quod convenit omni individuo, soli speciei et semper, et praedicatur ad convertentiam, ut risibile esse competit soli homini, omni et semper, et hoc proprium dicitur 4to modo sumptum.

Obicies; quia psittaci ridere et humana voce loqui dicuntur, ergo non solus homo est risibilis. Respondetur psittacos vere non habere sermonem et risum. Sed tantum improprie rident, et loquuntur, quia ex humano tantum usu discunt.

Obicies 2do Chrysostomus, Heraclitus philosophus nunquam riserunt, ergo homo non semper est risibilis. Respondetur non riserunt actu concedo, potentia nego, habuerunt enim potentiam ad ridendum.

Quaeres. Quod est discrimen inter proprium et accidens. Quia differentia ad essentiam rei pertinet, estque pars rei constitutiva. Proprium vero est propensio et habilitas tantum ad aliquid, sic proprium corvorum crocitare, bovis mugire, canis latrare, ovium ballare etc.

Quis est usus proprii.

Valet ad definitiones et divisiones, demonstrationes, ad catego

nas Aristotelis facilius intelligendas deinde sicut differentiae ad species, eiusdem generis discriminandas. Inde est etiam quod in rebus definiendis, uerarum definitionum loco ponantur. Sic definientes ignem, dicimus siccum et calidum, sic rugibile in definitione Leonis, et hinnibile in definitione equi. Fine.

Nota istas definitiones per propria non esse essentiales sed descriptiuas quia nos latent ultimae differentiae tam Leonis tam equi, unde ingrediuntur proprietates.

Caput 8uo.

De Accidente.

Quid est accidens.

Est quod potest adesse et abesse sine subiecti corruptione ut albedo potest abesse a pariete, calor ab aqua, et adesse sine corruptione eiusdem.

Obicies mors, caecitas, combustio etc. sunt accidentia sed haec non possunt abesse a subiecto sine corruptione eiusdem ergo non bene definitur accidens. Minor probatur. Per mortem enim homo perit per caecitatem et caecus. Dis. duplex esse accidens privatiuum ut mors caecitas, positiuum ut albedo nigredo, et de hoc accidente est sermo non de illo privatiuo.

Obicies 2do calor naturalis ab homine, figura sphaerica a caelo, fulvor ab auro separari non possunt, seu abesse sine suo subiec:

+

torio corruptione, sed hae sunt accidentia. Ergo etc. Respon:
detur concessa maiore negando minorem, haec enim non acci:
dentia non sunt communia, sed propria suorum subiectorum, quamvis
non isto modo sumpta, sed necessario illis annexa.

Quaeres est ne alia definitio Accidentis. Resp. est talis.
Accidens est quod praedicatur de pluribus, in quale acciden:
tale contingenter, qualis est Ioannes figuratur Accidentaliter
Resp. Albus dicens etc.

Quotuplex est Accidens.
Duplex separabile et inseparabile, separabile est quod a re
cui inhaeret separari potest, ut ex. Albedo a Pariete. Insepara:
bile est, quod a re ipsa separari non potest, sed sola mente, ut
albedo a cygno, tantum per intellectum separabilis est, possum
enim naturam et essentiam Cygni, sine albedine per Abstractionem
concipere.

Obiicies, quod adest vel abest sine subiecti corruptione, illud
non potest esse separabile et inseparabile, sed accidens adest et
abest sine subiecti corruptione, Ergo non potest esse separabile
et inseparabile. Maior vera, Item quod est inseparabile id abes:
se non potest, ac consequenter vel definitio est mala, vel divisio
non est adferenda. Resp. distinguendo minorem, Accidens potest
adesse et abesse sine subiecti corruptione, separatione Logica Concedo,
nam Intellectus meus potest concipere naturam Cygni sine

eius nigredine, et tamen corvus fit [illegible], neque substantia eius corrumpitur. Idem intellige de signo [illegible] et de ceteris. Separatio physica adest vel abest. Nego non possum enim actu albedinem separare a cigno, sine eius substantiae corruptione, quia est accidens connaturale, definitio ergo accidentis currit de inseparatione logica, divisio vero de inseparatione physica.

Nota accidens separare a proprio et differre, quia proprium non intenditur et nec remittitur, ut Petrus magis non est risibilis quam Paulus, accidens vero inseparabile intenditur et remittitur, [illegible] niger est hic quam alter, corvus enim recens natus, non habet plumas [illegible] nigras sed [illegible] velut [illegible] nigrior eo nigrior.

Nota 2do. Accidens est aliud praedicamentale aliud praedicabile, praedicamentale est quod distinguitur a substantia et dividitur in 9 praedicamenta. Praedicabile vero est, quod non ingreditur essentiam rei, nec est essentia, sed ut porphyrius definit, quod nec est genus nec species, nec differentia nec proprium.

Quis est usus accidentis

Conducit ad definitionem, per coacervationem enim accidentium simplices res definiuntur. 2do. Ad individua, singula enim mutuo inter se distinguentia, sic Xenocrates et Aristoteles distinguuntur quia ille ingenio [illegible] hic [illegible].

Nota naturaliter non posse esse accidens sine substantia

quia accidentis esse est inesse, non potest autem inesse nisi sub-
rantib. supernaturaliter vero potest esse accidens sine subiecto
ut videmus in Sacramento Eucharistiae. Accidentia illa Quan-
titatem Albedinem Saporem esse sine subiecto naturali, quia
substantia Panis transsubstantiatur in substantiam Christi
Domini.

Caput 9

De Convenientia et Discrimine Praedicabilium.

In quo conveniunt Praedicabilia

R. In duobus primo quia omnia praedicantur de pluribus excepto individuo, 2do quia univoce praedicantur excepto accidente, quod secundum magis et minus dicitur.

In quo differunt Praedicabilia

R. penes distinctos modos praedicandi inter se, alia enim praedicantur in quid alia in quale ut supra patuit.

Quaeres ad quid conducit cognitio Praedicabilium, R. ad tria primo ad definiendum et dividendum, species enim per genus et differentiam definitur, ut homo per animal rationale, sic genera dividuntur per differentias in species, ut animal aliud est Rationale aliud irrationale, 2do discimus ex illis quae magis communia sunt vel minus, minus enim communia definiuntur semper per magis communia, ut homo per animal Rationale non e contra, 3tio ut cognitis praedicabilibus faci-

lis prædicabilibus menta cognoscuntur.

Liber 2dus

De Prædicamentis.

Explicatis prædicabilibus descendendum est ad Prædicamenta, quæ sunt coordinationes generum et specierum; Prædicabilia autem sunt genera et species. Etenim cum sit prædicamentum Prædicari de suis inferioribus, Prædicari autem de alio cum contingat multipliciter, ideo primo de modis prædicandi contentis in antepraedicamentis agendum est. Liber hic habet tres partes In prima de Ante Prædicamentis, in 2da de Prædicamentis in 3tia de Post Prædicamentis agendum est.

Pars Prima Libri Primi

De Ante Prædicamentis

Quid est ante Prædicamentum

Est præambulatio quædam, faciliorem viam sternens ad cognitionem Prædicamentorum.

Quot sunt Ante Prædicamenta.

Plura in genere et in specie.

In genere sunt Definitio divisio et Regula.

In specie 3 tuor Definitiones nempe univocorum, æquivocorum,

+

Analogorum et Denominativorum. Duo Divisiones et duo Regulae.

Caput Primum

De Definitionibus.

Quid sunt Univoca seu Synonima.

Quae habent idem nomen et rationem nominis seu definitionem eandem, ut homo Bos, Leo, sunt univoca respectu animalis, quia habent nomen Animalis, nam homo Bos est animal et Leo, habent quoque eandem definitionem animalis, quia et homo est vivens sensibile et Bos et Leo.

Quotuplicia sunt Univoca

Duplicia Univoca Univocantia sunt duplicia, et univoca et univocata. Univoca Univocantia sunt superiora quae de suis inferioribus secundum idem nomen et nominis definitionem dicuntur ut animal.

Univoca Univocata sunt Inferiora de quibus univocantia praedicantur, ut homo, Bos.

Quid sunt aequivoca seu homonima. Quae habent idem nomen et rationem nominis seu definitionem nominis diversam, ut canis respectu sideris caelestis, animalis domestici, piscis marini, est aequivocum, quia ista habent idem nomen animalis, nam et animal domesticum vocatur canis et sidus caeleste, Rationem autem diversam, aliter enim

+

definitur piscis, alter Sidus. Sime Nota uersus.

Latrat in ede canis, nat in equore splendet in astris.

Quotuplicia sunt equiuoca. Duplicia equiuoca equiuocantia, et equiuocata et equiuoca equiuocata.

Equiuocata seu Equiuocanocia sunt, quæ de multis secundum tamen nomen distanter dicuntur. Ut canis gallus. Equiuoca equiuocantia sunt. Inferiora de quibus equiuoca una vox dicuntur, ut canis de stela pisce marino animali domestico.

Nota equiuoca itenim esse duplicia nempe casu et a consilio. A casu sunt quæ temere et sine ulla similitudine rebus sunt imposita, ut Gallus homo, et Gallus auis cum uocatur ea solo arbitrio imponentium, et omine dicuntur equiuoca. A consilio sunt quæ non temere, cum deliberatione et similitudine rebus sunt imposita, ut si quis Alexandrum nomine Philippi uocet ideo ut sibi facta Philippi patris eius commemoret. Ut homo pictus et uerus a consilio dicitur equiuoco.

Quæ sunt Analoga seu Polissema

Quæ habent idem nomen et rationem nominis nunc eandem nunc diuersam, ut ens respectu substantiæ et accidentis est Analogum, quia unus conuenit, nomen entis, nam melius est ens substantia quam accidens. Ratio uero nunc eadem quia et substantia existit et accidens existit. Diuersa, quia substantia per se accidens, Ratione substantiæ existit, unde dicitur ens entis.

Quotuplicia sunt Analoga.

Duplicia Attributionis et proportionis. Attributionis sunt quæ habet idem nomen et rationem nominis, tum eandem tum diversam, eandem secundum terminum, diversam secundum habitudinem ad illum terminum, ut sanum est analogum attributionis respectu medicinæ, cibus, aeris, pulsus, deambulationis, animalis, quia hæc omnia dicuntur sana sed diversa ratione, in homine autem principaliter et primario, in alijs per comparationem, calor enim pulsus dicuntur sana signum medicinæ, cibus aer, ut causa efficiens; chera ut conservans; deambulatio ut disponens, animal ut subiectum cui inhæret formaliter.

Proportionis analoga sunt, quæ habent idem nomen, et nominis rationem tum eandem tum diversam. Diversam secundum terminum, eandem secundum habitudinem ad illum terminum, ut pes respectu montis, mensæ pedis, est analogum proportionis, quia omnia hæc habent habitudinem eandem ad terminum. Nam sicut pes animalis sustentat animal, ita pes mensæ mensam. Terminus diversus, quia pes animalis est animal seu caro. Pes mensæ lignum, pes montis terra.

Quæ sunt denominativa seu paronima.

Quæ ab aliquo sunt suo principali, solo casu, secundum nomen habent apellationem ut a fortitudine dicitur fortis, a iusticia iustus.

Quotuplicia sunt Denominata.

Rx ur duplicia. Denominantia et Denominata. Denominantia sunt omnia abstracta, ut fortitudo sapientia etc. Denominata ut sunt concreta ut fortis aut forte sapiens etc.

Nota triplicia esse denominata, voce, significatione, et utroque modo. Voce conveniunt ut somnolentus et somnigula idem nomen habent. Sed significationem diversam; somnolentus enim vitio, somnus autem naturalem quietem significat. Significatione tantum conveniunt: ut virtus et probitas, quia sub diversa nomina idem significantia nomine et significatione, idem conveniunt, ut fortis forte, fortiter fortitudine.

Nota sicut apud grammatistas, substantiva, ita apud logistas, seu dialecticistas abstracta. Et sicut apud illos adiectiva ita apud hos concreta vocantur.

Obicies hic contra definitiones istas aput. Definitiones verum non debet considerare logicus. Sed praedictas definitiones sunt apud verum, ergo eas non debet considerare. Maior patet logicus enim versatur circa secundas intentiones in maior, ergo non circa res definiendas. Rx ur distinguendo maiorem, logicus non debet considerare, definitiones reales,

+

secundum se sumptas. Concedo maiorem. Quatenus subsistant secundis intentionibus, prout hic sumuntur. Nego.

Caput 2dum
De Divisione.

Quot sunt Divisiones Ante Praedicamentales.

Rur duae vocum seu nominum, quorum est dici, et rerum quarum est esse.

Quotuplices sunt voces.

Rur duplices. Complexae et Incomplexae. Complexae sunt, quae ex alijs componuntur seu complicantur, ut homo iustus. Incomplexae sunt, quae per se sonant, et ex alijs non componuntur, ut homo, Animal, Bos.

Quotuplices sunt res.

Rur duplices. Substantiae et accidentis. Substantiae sunt quae per se subsistunt, ut animal homo. Accidentia sunt quae inhaerent alteri, ut albedo Parieti. Unde hi versus.

Summus Aristoteles rutinando cacumina rerum
In decem divisit quidquid in orbe fuit.
Sed de his fusius in Praedicamento Substantiae agemus.

Caput 3tium.
De Regulis.

Quot sunt Regulae Antepraedicamentales.

Rur duae. Prima Regula cognatorum est talis, quod de aliquo Praedicatur essencialiter, idem de subiecto illius dici essencialiter necessarium est,

ut quia Substantia Praedicatur de animalibus essencialiter, necessario et de homine Petro, Paulo, Ioanne et ceteris, ut subiectis praedicari debet.
2da Regula diversorum, et talis, diversorum generum et non subalternatim positorum, diversae sunt species et differentiae, ut, quia ut Substantia et quantitas sunt genera penitus diversa, nec subalternata, quia nec quantitas sub Substantia, nec Substantia sub quantitate continetur, quo circa habent diversas species et differentias, per quas ad suas species et differentias contrahuntur, ut infra patebit.

Quis est Usus Antepraedicamentorum.

Hic ut sciamus, quem locum et ordinem, unaquaeque vox in Praedicamentis habeat, et quid non. Definitionis usus est, ut aequivoca reiiciantur a Praedicamentis, univoca autem et denominata recipiantur. Divisionis usus est, ut Termini complexi seu compositi reiiciantur, incomplexi vero seu simplices recipiantur. Regulae usus est. Ut sciamus discernere quae voces sint alicuius Praedicamenti, et quae ad diversa pertineant Praedicamenta.

Notandum hic Primo, haec non habere locum in Cathegorijs.

Complexum, Consignificans, Fictum, Pollisema,
Vox Loquentis, Deus, Excedens, Privatio, Pars &c.

Complexa sunt voces compositae ut sunt; Homo currit, Plato disputat etc.
Consignificantia sunt, quae per se nihil significant, sed iuncta ceteris significant ut omnis, nullus, aliquis, quidam etc.
Ficta sunt, encia in rerum natura non existentia, sed a nobis excogitata, ut Chymera etc.
Pollisema sunt, voces multas significantes, ut canis gallus Taurus etc.

Vox Logica Sunt Entia Rationis, et uoces ab intellectu nostro con-
fictæ, ut Subiectum, Prædicatum, Genus, Species, Sillogismus etc.

Deus Excluditur etiam a Cathegorijs, quia cum sint infinitæ assentiæ
et perfectionis, eius essentia et perfectio, nullis Cathegoriarum limiti-
bus et cancellis, circumscribi potest.

Excedentia Sunt Voces transcendentes, quæ excedunt omnes Ca-
thegorias, ut Sunt, Ens Vnum uerum Bonum.

Priuationes et Negationes, ut Sunt cæcitas Surditas, non ens non
uerum non Bonum etc.

Vltimo Remouentur a Cathegorijs partes, etiam essentiales, ut Sunt
materia et forma, imo et differentiæ, tum partes integrantes, ut Sunt
caput, pes, manus, etc.

Notandum 2do tripliciter aliquid reponi in Prædicamentis,
Directe, Indirecte, et Reductiue. Directe ponuntur omnia genera
omnes Species et omnia indiuidua, quæ directe inuicem Prædicantur.
Indirecte Seu A latere Reponuntur omnes differentiæ Substantia-
rum, tam generice quam Specifice, ideo quia concipiuntur per mo-
dum formarum, ea uero tantum collocari debent, quæ habent
uim per se subsistendi, qualia sunt genera species et indiuidua.
Reductiue ponuntur omnes rerum partes essentiales et integra-
les, quæ in eo Prædicamento ponuntur, in quo et ipsum totum.

Pars 2da Libri Secundi
De Prædicamentis

Expositis ijs, quibus velut via quaedam sternitur, ad faciliter intelligendas Cathegorias, nunc de ipsis hic agendum est.

Caput Primum
De Praedicamentis in communi.
Quid est Praedicamentum

Est series seu ordo generum et specierum, quae sub uno genere summo continentur. Seu Praedicamentum est ordo seu classis, in qua series Terminorum simplicium, ad unum aliquod genus Generalissimum, et inter se subicibilium seu praedicabilium reponitur. Talis classis est substantiae Praedicamentum in eo enim series Terminorum simplicium, ad substantiam genus generalissimum pertinentium, et inter se subicibilium et praedicabilium, ut corpus vivens animal homo ponitur. Tales classis sunt, et caetera novem praedicamenta.

Obicies verum Praedicamentum constare naturis realibus, sed praedicabilia sunt entia rationis, Ergo praedicamentum non est coordinatio praedicabilium. Maior patet, nam in substantia reponitur homo, in quantitate linea, in qualitate nigredo in relatione pater et filius, quae omnia sunt entia realia. Resp. distinguendo maiorem, verum praedicamentum constare ex naturis realibus, sumptum pro materiali concedo, pro formali nego.

Unde dicitur Praedicamentum.

A Praedicando, quia praedicatur de suis inferioribus, A Graecis dicitur Cathegoria, per metaphoram a iudicijs sumptam, nam sicut in iudicijs alij sunt superiores, ut iudex cum assessoribus. Alij sunt inferiores ut reus cum patronis, ita in Praedicamentis, Genera sunt

+

Superiora, species inferiores.

Quot sunt Praedicamenta.

10 Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs et habitus.

Hinc Versus

Arbor, sex, servus, fervore, refrigerat, ustus
Rui, cras stabo, nec tunicatus ero.

Arbor significat substantiam, sex Quantitatem, servus Relatione, Fervore Qualitatem, Refrigerat actionem, ustus passionem, Rui ubi. Cras Quando, stabo situm, Tunicatus habitum.

Probatur Quidquid est in rerum natura significat et subsistit modis 10, ergo Praedicamenta sunt 10. Consequentia patet, quia Praedicamenta ex modis significandi et subsistendi colliguntur. Antecedens probatur quidquid subsistit, aut per se aut substantialiter subsistit, et est substantia, aut in alieno aut accidentaliter, ut est accidens. Quod est duplex Absolutum et respectivum. Si Absolutum aut sequitur materiam et est quantitas, aut formam et est qualitas. Si Respectivum aut internum et est relatio, aut externum et hoc sexduplicter. 1mo secundum potentiam et est actio. 2do secundum impotentiam et est passio. 3tio secundum loci differentiam et est ubi. 4to secundum temporis differentiam et est quando. 5to secundum ordinem partium et est situs. 6to secundum decorem naturalem seu quatenus afficit substantiam extrinsece. Et est habitus Ergo sunt 10.

Obicies Unum est Praedicamentum substantiae ergo et Accidentis, Consequentia patet ex illa maxima Thopica. Quot modis unum oppositorum dicitur tot et alterum. Resp. Locus hic debet intelligi de Contrarijs et non disparatis, ut est substantia et Accidens.

Nota bene tria. Praedicata, Praedicabilia, et Praedicamenta, licet videantur convenire tamen differunt. 1mo divisionibus; Praedicata enim dividuntur in membra quatuor: Genus Definitionem proprium et accidens. Species enim non est Praedicatum quia Praedicatur de individuo de quo non est scientia. Differentia autem annectitur Generi et Definitioni. Praedicamenta in 10 cathegorias. Praedicabilia in 5 universalia. 2do differunt diversis modis significandi. Praedicata enim attenduntur penes id quod est de subiecto scibili. Praedicamenta genera modos generalissimos significandi. Praedicabilia genera modos praedicandi designant.

Quotuplicia sunt Praedicamenta

Duplicia alia necessaria quae se aliter habere non possunt, ut est substantia. Alia contingentia quae se aliter habere possunt, ut sunt caetera novem praedicamenta quantitas qualitas etc. 2do. Alia sunt absoluta, quae sunt ab omni respectu soluta, et sunt tria: substantia, quantitas, et qualitas. Alia respectiva quae ex natura sua verificant sibi ut respiciant aliud et referantur ad ipsum, ut est relatio. Reliqua vero sex tum absolutorum respectivorum ab alijs mixta dicuntur, non quod sint composita ex absolutis et respectivis, hoc enim non potest fieri, sed quod habeant aliquem respectum externum. qui tamen non est praeter minimum.





+

Quae reponuntur in Praedicamentis.

Requisita ~~Contenta~~ versibus duobus.

Entia, per se, Finita, Realia, Tota.

Vera una, et simplex, Rebus enim omnia Praedicandis.

Per Entia intelliguntur res habentes Entitatem, ut arbor Deus est. Per se quae sunt per se et non per accidens, ut lapis albus est. Per Finita, ut Angelus columna. Per Realia quae realiter existunt non per intellectum, ut lignum Aurum est. Per tota seu integra, ut corpus homo est. Per Univoca, quae habet nomen et rationem habent eandem, ut animal homo est. Per simplicia quae non sunt composita, ut leo homo est. ~~Quae~~ Quae vero non ad continentur seu non reponuntur in Praedicamentis, dicuntur esse supergenera ante Caput 2dum.

Quae est Utilitas Praedicamentorum.

Valent Primo ad definiendum, quia beneficio Praedicamentorum cognoscimus genera et differentias, 2do ad dividendum definiendum et Argumentandum. 3tio ad omnia memoriae tradenda.

Caput 2dum de Substantia

Quid est Substantia. Substantia est ens per se existens, et nullo alio subiecto indigens ad hoc ut sit, ut Angelus, homo, [illegible] est. Haec definitio non est essentialis sed descriptiva. Ratio quia Substantia et alia Praedicamenta sunt summa genera, et consequenter non habent supra se genus per quod possunt definiri. Dicitur autem Substantia a Substando, quatenus substat accidentibus, ut homo albedini, calori,

colin, mirlvett. Vel a substantia quatenus per se subsistit, ut homo animal etc.

Quotuplex est Substantia. Duplex 1ma seu Particularis et 2da seu universalis. 1ma est quod nec est in subiecto nec dicitur de subiecto, quia ipsa est subiectum, subiectum autem non potest inesse alteri subiecto, ut sunt Individua Petrus Paulus etc. dicitur autem 1ma vel quia primo a sensu cognoscitur, nam prius video Petrum quam hominem, vel quia primo substat accidentibus, nam homo eatenus est albus, quatenus est Joannes. 2da Substantia est, quod non est in subiecto et dicitur de subiecto, ut sunt genera et species, ut animal homo, dicitur autem 2da vel quia secundario a sensu cognoscitur, vel quia secundario substat accidentibus.

Quot sunt Proprietates Substantiae.

Rndo 1ma Substantia non est in subiecto, quia ipsa est subiectum, subiectum autem non potest inesse alteri subiecto, alias daretur processus in infinitum, qui non conceditur a Philosophis.

Obiicies homo inest Petro animal homini, ergo Substantia est in subiecto, consequentia, quia tam Petrus est in subiecto respectu hominis, quam homo respectu animalis. Rndo homo inest Petro essentialiter seu quidditative, seu per modum Attributi, in quantum de illo Praedicatur, Concedo: Inhaesive seu accidentaliter ut hic sumitur nego.

Hinc nota esse in subiecto 8 modis dicitur secundum Aristotelem 4to Physicorum. 1mo cum Pars inest toti suo, ut manus corpori. 2do Totum suis Partibus, ut domus est in tecto fundamento etc. 3tio cum genus est in suis speciebus ut animal in homine bruto etc. 4to cum

cum Species sint in genere, ut homo et Brutum in animali. 5to cum est Forma in materia, seu accidens in subiecto, ut anima in corpore color in Pariete etc. 6to cum effectus in causa efficiente, ut Truncus in radice. 7mo cum est res in fine, ut Virtus in Beatitudine 8uo cum contentum in continente, ut Vinum in dolio, hinc duo versus.

Insunt pars totum genus et species calor igni
Rex in Regno res in fine locoque locatur.

Ex his modis in parte essendi. 5to tantum comprehenditur et definitur a Philosopho in Antepraedicamentis sic esse in subiecto seu inhaerere illud dicitur, quod in re aliqua est non tanquam pars nec ab eo cui inest, seiungi separarique potest. 2da Proprietas est. Substantiae nihil est contrarium. Probatur quia omnis contrarietas provenit a Qualitate, sed Substantia per se considerata nullam habet qualitatem, ergo nec contrarietatem, unde elementa, ut ignis aqua non contrariantur, quatenus est ignis, sed quatenus est calidus et siccus; aqua autem frigida et humida. 3ia Proprietas Substantia non suscipit Magis et minus, hoc est non intenditur nec remittitur. Probatur quia intensio et remissio fit a qualitate, quae in substantia nulla est. Anne non est magis Vir, in genua annorum substantia quam qui erat tredecim annorum sic Petrus et Paulus non est magis substantia, quam Ioannes aut Alexander.

Obicies Substantiae primae sunt magis substantiae quam secundae. Ergo Substantia suscipit magis et minus. Respondeo Substantiae a substando acceptae, sunt magis substantiae concedo, a subsistendo acceptae nego. Haec enim proprietas dupliciter considerari potest

+

48

vel enim Substancia dicitur ab essendo, et Subsistendo, et sic verum est nullam Substantiam Suscipere magis et minus, vel ab existendo et Substando, et sic Suscipit, nam Petrus magis suscipit et Substat quam homo, non tamen magis est homo. 2

Obicies 2do Homo magis est Substancia quam Bellua, quia est Perfectior, item Vir magis est Substancia quam puer, quia ille est Maior hic maior Ergo Substancia suscipit magis et minus. Res triplicitur potest aliquid esse magis et minus, Primo Perfectiue ut in Primo exemplo. 2do Dimensiue ut in secundo exemplo. 3tio intensiue ut cum unum ferrum magis est calidum quam alterum. Admittitur Primus et secundus modus in hac proprietate. 3tius autem ut pote solis qualitatibus conveniens reiicitur. 4ta Proprietas. Substancia eodem modo Suscipit contraria; non simultanee sed Successiue, ut Deinde idem potest esse Successiue albus et niger, Petrus idem Successiue diligens et negligens et. Hac Proprietas maxime proprietas dicitur a Philosopho. 5ta Substanciae Secundae dicuntur de primis univoce, ut homo de Petro.

Nota accidentia praedicari de suis subiectis accidentaliter univoce non essencialiter univoce. 6ta Proprietas. Substanciae Primae significant hoc aliquid, 2dae quale quid, hoc est Primae Significant individua, ut Ioannem Petrum, Secundae ut genera et Species, ut animal hominem et.

Obicies Petrus est hoc aliquid Ergo non Significat hoc aliquid. Consequentia, quia esse et Significare Sunt distincta. Res Petrum et alia individua quae nimirum Primae Substanciae dicuntur dupliciter spectari, Primo Secundum esse, et sic Petrus est hoc aliquid 2do secundum nomen et Significat hoc aliquid.

Caput 7mo.

De Quantitate

Quid est Quantitas.

Quantitas est ens reale, in alijs existens, a qua res denominantur quanta, seu Quantitas est secundum quam res dicuntur quanta, ut secundum quantitatem Petrus dicitur bicubitus.

Quotuplex sit Quantitas.

Duplex Continua et Discreta.

Quid est quantitas continua cujus partes communi Termino copulantur, ut Partes lineae puncto, Partes superficiei lineis. ~~Defec...~~

Nota Communem Terminum illud esse qui est finis unius, et finis alterius.

Quot sunt Species Quantitatis continuae.

5que Linea, Superficies, Corpus, Locus, Tempus. Linea est quantitas continua sola longitudine constans, cujus Partes Puncto, tanquam communi Termino copulantur. Superficies est Quantitas continua longitudine et latitudine constans, cujus Partes lineis tanquam com: muni Termino copulantur; estque duplex aequa seu plana ut alea, tam- qz, et Flexuosa ut Testudo camera. Estque est duplex Concava, quae est interior Pars corporis rotundi, ut domi globi, et con: vexa, quae est exterior Pars corporis rotundi, ut Testudo extrinsecus. Corpus est, quod habet longitudinem, latitudinem, et profunditatem simul, ut liber. Estque duplex Phisicum quod constat materia et forma. Mathematicum quod habet longitudinem latitudinem

et profunditatem. Locus est superficies concava ambitu suo comprehendens corpus, ut locus cathedrae est superficies aeris, quae ambit et continet cathedram. Tempus est mensura motus rerum physicarum secundum prius et posterius. Estque triplex, Praesens, Praeteritum et Futurum. Praesens seu instans, futurum quod imminet, praeteritum quod praeteriit. Obicies Tempus non est ens reale, quia nullo habet partes temporis, ergo non potest esse species quantitatis. Respondeo distinguendo, tempus non habet partes permanentes concedo, successivas et fluentes continuo nego, ut est praesens praeteritum et futurum, quae partes communi termino copulantur.

Quid est Quantitas Discreta

Cuius partes nullo communi termino copulantur, ut partes denarii 5 et quinque non copulantur ad invicem per aliquid, quod esset unius partis initium et terminus alterius, sed communi sunt distinctae.

Quot sunt species quantitatis discretae.

Duae: Numerus et Oratio. Numerus est multitudo ex unitatibus collecta, ut unum mehu est: Unitas vero ipsa est initium numeri, ideoque pars quaedam et refertur ad quantitatem reductive, sicut et punctum ad momentum. Oratio est multitudo ex diversis literis, syllabis et dictionibus constans ut homo est animal, veritas odium parit etc.

Quot sunt Proprietates Quantitatis.

Respondeo tres. Prima Quantitati nihil est contrarium, ut linea superficiei, non est contraria aut corpori, quia in eodem simul sunt linea superficies et corpus.


Obicies Linea recta obliquae est contraria, ergo quantitas recipit contrarium. Respondeo recta linea obliquae est contraria tantum ratione qualitatis non

+

quantitas. 2da Quantitas non suscipit magis et minus, id est non intenditur nec remittitur, ut una linea non est magis linea quam altera. 3tia Quantitati maxime proprium est aequale vel inaequale dici, vel quantitati maxime proprium competit, ut secundum ipsam aliquid dicatur aequale vel inaequale, ut ex. linea quae mensuratur uno cubito dicitur esse aequalis alteri lineae, similiter cubitali et inaequalis tricubitali.

Quae reponantur in Praedicamento Quantitatis.

Primo omnia quae habent rationem mensurae, ut longitudo latitudo profunditas. 2do omnes partes temporis, ut annus mensis dies hora etc. 3tio item species numeri, ut unus duo tres etc. 4to omnes partes orationis, ut literae syllabae dictiones.



Caput 4tum
De Qualitate.

Cur prius de Qualitate quam alijs accidentibus tractetur.

Quia cum qualitas consequatur substantiam ratione formae, priuilegium reportet locum inter accidentia respectiua est necesse, cum ens absolutum sit prius respectiuo.

Quid est Qualitas.

Qualitas est secundum quam res dicuntur quales, ut secundum musicam musici, secundum albedinem albi.

Quot sunt species qualitatis.

Sunt 4or, habitus et dispositio, naturalis potentia et impotentia, passio et patibilis Qualitas, forma et figura.

Nota has species esse subalternas, quia quaelibet habet sub se plures species. Habitus est Qualitas animi vel corporis, multo studio et labore comparata, a subiecto suo difficulter mobilis, ut habitus scientiarum vel virtutum, multo labore ab hominibus comparantur, sed difficulter ab ijsdem auelluntur, idem cernitur et in quolibet corporis habitu; ut hic expedito sculptore.

Nota habitum esse duplicem; Alius enim est acquisitus, qui usu et labore acquiritur, ut habitus disputandi. Alius infusus seu supernaturalis, qui a Deo infunditur, ut fides spes charitas etc.

Nota 2do ad hanc speciem reuocari omnes scientias, artes virtutes, omnes habitus supernaturales, ut sunt gratia, lumen gloriae, visio Beatifica, species sensibiles etc. Dispositio est habitus animi vel corporis, inchoatus modico tempore, paucorum studio comparatus, et facile a subiecto mobilis, ut is qui imperfecte didicit musicam, habet quidem habitum musicae, sed quoniam inchoatus tantum et imperfectus est, id circo facile amittit poterit, sic etiam

intelligitur dei cultore, nunc primum assescente.

Nota differenciam esse inter habitum et dispositionem, quia habitus cum multo labore et studio comparatur, et tamdiu eber esse diuturnus; Dispositio uero modico tempore acquisita, facile etiam a subiecto mobilis.

Naturalis potentia est uis seu facultas a natura indita ad aliquid prompte agendum, ut in homine ad ridendum in igne ad calefaciendum. Et haec est duplex animi et corporis. Animi sunt, qualitates indite et congenito a deo, ut esse rationalem, utilitem habere intellectum, memoriam et uoluntatem sunt potentiae, quae non proveniunt a complexione corporis sed ab animi. Corporis sunt potentiae, quae immediate in corpore subiectuntur, etiamsi procedant ab animo, ut sensus interiores et exteriores. Est q. duplex. Manifesta ut ferri duricies Et Occulta ut uis collestis corporum, magnetis, herbarum multarum etc.

Naturalis impotentia est ineptitudo naturae ad aliquid praestandum, ut in asino ad iram, in boue ad studendum, in lupo ad arandum.

Differt naturalis potentia, ab impotentia, quia illa potentes et aptos, haec uero ineptos, infirmos et debiles facit.

Passio est Qualitas sensibilis, subita corporis uel animi mutatio, seu affectio, cito orta citoq. peritura, leniter sensus afficiens, uel appetitum mouens, ut Pallor subitus ex metu, ober[?] rubor ex uerecundia.


Patibilis qualitas est, affectio sensibilis animi et el corporis, nec cito orta nec cito peritura quae uel sensum afficit, ut color uisum, sapor gustum et ct. uel animi appetitum mouet ut spes, iracundia, amor, odium, dolor etc.

Vel etiam breuius Patibilis Qualitas est affectio diu permanens, ut pallor ex morbo diuturno.

Forma est rerum extrinseca delineatio, ut forma cathedræ.
Figura est Qualitas una aut multis lineis comprehensa, ut triangulus tribus lineis, quatrangulus 4uor Circulus una tantum.
Nota differentiam formam a figura, quia forma est in rebus artificialibus seu naturalibus figura vero in Mathematicis, unde versus.

Formam viventis, pictæ dic esse figuram.

Quot sunt Proprietates Qualitatis.
Tres. 1ma Qualitas suscipit contrarium, ut virtus et vicium sunt contraria. 2da Qualitas suscipit magis et minus, una enim aqua est magis frigida quam altera.
Obiecies. Sanitas et ægritudo sunt Qualitates, sed hæc non suscipiunt magis et minus, cum una sanitas non sit magis sanitas quam altera Ergo etc. Resp: qualitates non in abstracto sed in concreto, dicuntur magis et minus, seu sanitas non suscipit magis et minus, sed res una est magis sana quam altera.
3tia Secundum Qualitatem res dicuntur similes vel dissimiles, ut ex: in albedine, unus paries est alteri similis.
Nota similitudinem et dissimilitudinem ipsam, non pertinere ad hoc prædicamentum, sed fundamentum similitudinis, ipsa autem pertinet ad relationem.



Animi
Corporis
Permanens
Qualitas
non permanens
Qualitas animi
Accquisita
Habitus
Infusus
Habitus accquisitus
Pheorica
Habitus Theoricus
Practica
Scientia
conclusionum
Contemplatiua Scientia
Principium
Contemplatiua
Metaphysica
Practica
Superior
Inferior

Caput 7mum de Relatione

Post absoluta prædicamenta, agit auctor de prædicamentis respectivis, imprimisque de relatione.

Quid est Relatio.

Relatio est respectus mutuus ad alterum, vel relatio est id cujus totum est esse referri ad aliquid. Vg. totum esse filij est referri ad patrem, unde aliter dicitur Relatio ad aliquid. Explicatur autem Relatio vel per idem nomen, ut simile simili simile, vel per diversum idque modis septem, primo cum una vox est superflua et altera deficiens, ut magnum est majore magnus. 2do cum una vox est imperans altera obediens, ut servus est domini servus, 3tio cum una est indicans altera indicata, ut sensus est ejus quod sentitur sensu. 4to cum una est participans et altera participata, ut scientis est scientia. 5to cum una est efficiens et altera est effectus, ut ut est pater est filij pater. 6to cum una est agens et altera patiens, ut agens agit in passum. 7mo cum sint voces discriminantes, utque dextrum est respectu sinistri.

Quæ requiruntur ad relationem.

Duo fundamentum et terminus. Fundamentum est, a quo incipit relatio, pater est fundamentum filiationis, quia ab illo incipit fundamentum relationis. Terminus est, in quem terminatur Relatio ut filius est terminus relationis, quia in eum relatio paternitatis terminatur.

In quibus Prædicamentis fundantur Relationes.

In tribus, substantia, quantitate et qualitate. In substantia, Relatio patris et filij domini et servi. In Quantitate Relatio Æqualitatis et inæqualitatis. In Qualitate Relatio similitudinis et dissimilitudinis

+

Quae sunt causae efficientes Relationis.

Tres: Natura ut Pater et filius. Voluntas et consensus ut praeceptor et discipulus gener et socer. Fortuna ut dominus et famulus victor et victus

Quotuplex est Relacio.

Triplex Ratione subiecti, fundamenti et terminorum.

Quotuplex est Ratione subiecti.

Est duplex Increata quae est in personis Sanctissimae Trinitatis et est quadruplex Patris ad filium, filii ad Patrem, Patris et filii ad Spiritum Sanctum, Spiritus Sancti ad Patrem et filium. Creata est per quam res creatae ad invicem refferuntur in substantia quantitate et qualitate.

Quotuplex est Relacio ratione terminorum.

Duplex Realis et racionis. Rationis est quae est inter extrema raciocinis et dependet ab intellectu, sic genus ad speciem, species ad genus, praedicatum ad subiectum reffenuntur. Realis est quae est inter terminos reales seu extrema realia, ut inter patrem et filium.

Quotuplex est Realis.

Duplex, Transcendentalis et Praedicamentalis. Transcendentalis est quae est inter terminos Transcendentales, ut ens verum bonum. Praedicamentalis est, quae est inter terminos praedicamentales, ut inter Dominum et servum

Quotuplex est Relacio Praedicamentalis.

Duplex et secundum esse et secundum dici. Secundum esse relacio est, quae primario dicit, quod respective, secundario vero quod absolute, ut inter patrem et filium est relacio secundum esse, quia pater ut est

+

Pater, primario dicit respectum ad filium Secundario significat quid absolutum, scilicet hominem. Secundum dici relative est, quod primario dicit quid absolutum secundario quid respectivum, ut inter scientiam et scibile, inter sensum et sensibile. Sensibile enim dicit primario quid absolutum, scilicet rem ipsam, ut v.g. colorem, sonum, secundario vero respectum, quatenus scilicet illud sensibile ordinatur ad sensum.

Nota relativa a Dialecticis vocari mutua quia semu: tuo respiciunt, tamen enim pater ad filium, quam filius ad patrem dicit respectum, secundum autem dici non mutua vocantur quia potest unum esse sine altero, ut inter creaturam et creatum.

Nota 2do inter caeteras divisiones relationis, eandem adhuc est duplex, altera aequiparantiae, altera disquiparantiae. Aequiparantiae seu eiusdem appellationis, quae est inter eadem nomina, ut dictum est supra v.g. Amicus Amico amicus. Disquiparantiae est inter diversa nomina, ut Pater est filii pater, estque duplex, scilicet suppositionis, cum inferius refertur ad superius, ut servus ad Do: minum, et superpositionis, cum superius refertur ad inferius, ut Dominus ad servum.

Nota 3tio, ex termino solo non cognosci relationem formaliter, illius rationem in ordine persistere, sed in ordine ad fundamentum tanquam ad suum principium, unde filius per se ipsum non habet Rela: tionem, sed quatenus respicit patrem tanquam suum fundamentum, et ex eo dicitur filius quia habet Patrem.


Quot sunt Proprietates Relationis.

5 Prima Relatiua suscipiunt contrarium, sic scientia ignorantiae, virtus vicio contrariantur. Obicies Pater et filius sunt relatiua, sed hi sibi non contrariantur. Ergo Relatio habet contrarium. Resp. distinguendo maiorem. Pater et filius opponuntur relatiue concedo, contrarie nego. 2da Relatiua secundum dici suscipiunt magis et minus, sic unum album magis est simile, unicuique alteri albo. 3tia Omnia relatiua dicuntur ad conuertentia, ut Pater est filii Pater et filius est Patris filius. 4ta Relatiua sunt simul natura itaut posito uno Relatiuorum, ponatur eius correlatiuum, et sublato uno tollatur aliud, sic posito Patre ponitur filius, et sublato Patre, seu negato, negatur et filius.

Obicies. Pater et filius sunt relatiua, sed hi simul non sunt natura, quia Pater est prior filio, ergo etc. Resp. distinguendo Pater quatenus est Pater est prior filio nego. quatenus homo concedo. 5ta Relatiua sunt simul cognitione, cognito enim, quid sit servire cognoscitur statim et quid sit dominari.

Nota hic proprietas proprie loquendo tantum valet in relationibus mutuis non in non mutuis, quia Deus et creatura non sunt simul cognitione, Deus enim potest cognosci non cognita creatura.

Quae reponuntur in Praedicamentis Relationis. 1mo omnia illa quae dicuntur ad se mutuum respectum, ut Pater et filius. aequale vel inequale, simile vel dissimile. 2do nomina nationis et ... ut ... 3tio nomina cognationis et affinitatis ut Pater ...


Æqualiter Comparabile
Relatio nume ad quid
Inæqualiter comparabile
Dignus Correlativo
Rela tivum æqualiter comparabile
Indignus Correlativo
Rela tivum di gnus Corre lativo
Respici ens aliud
Pater
Non Respiciens Aliud

+

Caput 6tum de Actione et Passione.

Cum actio et Passio magnam inter se habeant affinitatem, quod enim unu est causa alterius, ideo utrumq. Praedicamentum simul ponitur.

Quid est Actio.

Actio est uis quaedam, quam agens imprimit in Passo, ut ignis calefacit aquam, calefactio est uis, quam ignis imprimit in aquam.

Quotuplex est Actio.

Duplex Immanens et transiens. Immanens est quae in subiecto seu agente manet ut intellectio in intelligente, Transiens est quae uim suam transmittit in Passo, ut ignis transmittit calorem in aqua, et haec est duplex. Successiua, quae interposito aliquo spatio temporis fit, ut calefactio, et Instantanea quae fit in instanti, ut illuminatio quae fit in aere.

Quid est Passio.

Passio est manentis actionis effectus in apto subiecto receptus, ut calor ab igne receptus procedens, dum ab aqua recipitur, Passio dicitur.


Nota Actionem et Passionem idem esse, respectu autem motus et operationis diuersa, ut enim actus ab agente exigitur dicitur actio sic a suscipiente Patiente dicitur Passio.

Quot sunt Proprietates Actionis et Passionis.


Quinque. Prima agere et Pati contrarietatem recipiunt, ut calefacere et frigefacere, sunt actiones contrariae, calefieri et frigefieri, sunt Passiones contrariae. Secunda agere et pati magis et minus recipiunt, namque id quod calefacit, magis et minus calefacere etc.

+

quod calescit, magis et minus calescere potest. Terminos utriusque Cathegoriae subiicibiles et praedicabiles in sequenti schemate.













Caput 7mum.
De Ubi et quando

Quid est Ubi: Est loci mutatio seu circumscriptio corporis, a circumscriptione loci proveniens, ut esse in schola, in templo etc. Hinc patet non posse esse ubi absq[ue] loco, unde Deus ab aeterno non fuit ubiq[ue], quia ab aeterno locus non fuit, sed fuit in se ipso tantum. Quotuplex est Ubi. Duplex, circumscriptivum et definitivum; Circumscriptivum est quo aliquo circumscribitur, id est cum res continetur ab aliqua superficie, in dicentia tatem distantiam scilicet longitudinem habens, ut homo circumscribitur aere ubi positus est, in tali ubi res corporeae sunt, ut pisces in aqua, Definitivum est praesentia rei, per quam res dicitur esse praesens loco, sed ab illo non circumscribitur, in tali ubi sunt angeli et animae separatae a corpore, licet enim sunt praesentes loco, non tamen circumscribuntur.

Nota Deum gloriosum neq[ue] esse in loco definitivo neq[ue] circumscriptivo quia est ubiq[ue], iuxta illud. Essenter praesenter Deus est ubiq[ue] potenter. Nec Christus Dominus in Eucharistiae Sacramento est in loco; cum in pluribus hostiis, uno eodemq[ue] tempore corpus eius adeum et idem numero continetur.

Nota 2do Differentias Ubi esse sex, Sursum, Deorsum, Ante, Retro, Dextrorsum, Sinistrorsum, Ratio quia hae sunt differentiae loci, ad cuius multiplicationem ubi debet multiplicari, siquidem per ubi significatur realis praesentia, per quam dicitur in loco.

Quot sunt proprietates Ubi.

Tres 1ma Ubi non habet contrarium, ut esse sursum et esse deorsum non contrariatur, 2da Ubi non suscipit magis et minus, non enim magis est in loco qui est a parte sinistra, quam ille qui est a parte dextra. 3tia Ubi comprehendit locatum.

+


Quid reponuntur in Praedicamento VI.


Illa omnia quae significant rem esse in loco aliquo, vel naturali, vel casuali vel violento.

Quid est Quando. Est Relatio temporis ad rem tempore mensuratam, ~~[illegible]~~ a quo rapit quando ut sciunt Dialecticam. Qui per differentiam temporis, nudius tertius, heri hodie etc.

Quot sunt Species Quando. Tot quot et temporis. et quia tempus est triplex, Praesens Praeteritum et futurum, item diurnum nocturnum Annuum Menstruum, ideo etiam quando species est eadem.

Quot sunt Proprietates Quando. Prima non suscipit Contrarium. Altera non suscipit magis et minus.


Commune
Extra quam
Ubi
In Civitate
Sub Dio
Sub recto in Prophano loco
magna
Proprium



Præsens
Quando
non Præsens
Præsento
Quando non præsens
Futuro
Paulo post futurum
Quando Futuro
Non Paulo post futurum

+

Caput Quintum de Situ et habitu.

Quid est Situs

Situs est totius corporis et partium ejus positio, seu situatio, ut sedere stare.

Quotuplex est Situs

Duplex, Naturalis, et Artificialis. Naturalis est relatio corporis partium inter se, quam ratione loci naturalis, in quo collocandae sunt habent, ut hominis situs est habere pedes infra caput supra. Artificialis seu fortuitus est Relatio partium corporis inter se, quam ratione fortuiti loci, in quo collocandae sunt habent, ut habere pedes sursum, et caput deorsum, quod fit in monstris praecipue.

Notandum differre ab ubi, quia situs est dispositio rei in loco externo, in ordine ad locum seu partes loci, ubi vero existentia est in loco.

Quot sunt Proprietates Situs.

Duae, prima non suscipit contrarium. 2da non suscipit magis et minus, nec enim est magis situatus qui stat quam qui sedet.

Quae reponuntur in Praedicamento situs.

Omnes situs naturales ut capitis sursum erectio. et fortuiti ut statio, sessio.

Quid est habitus.

Habitus est ratio ornandi seu vestiendi corporis, ut togatum esse armatum esse, dicitur enim, ut secundum habitum esse nec rem vestitam sed aliquid medium inter haec, nimirum adjacentia circumjacentium quae sunt circa corpus.

+

Quotuplex est habitus

Duplex, ~~Artif~~ Naturalis et artificialis. Naturalis est ornamentum rei alicuius a natura, ut folia in arboribus crines in capite, Artificialis est ornamentum ab arte perfectum.

Quae sunt proprietates habitus.

Quod duae (?) una suscipit magis et minus, magis enim armatus est qui plura arma habet quam qui pauciora. 2da non suscipit contrarium, quia calciatio non est contraria piliationi, nec vestitio armationi.

Quid reponuntur in hoc praedicamento.

Omnes habitus ornamenti et indumenti, sive habitus domestici militares, Privati, Publici, Sacri, Profani etc.

Ad quid conferunt Praedicamenta.

Substantia, Quantitas, Qualitas, ad definitionem valent, Relatio ad collocationem rerum conversae. Actio et Passio ad cognitionem rerum naturalium, quando ad descriptionem temporum, ubi ad descriptionem locorum, situs ad descriptionem pastionis corporis, habitus ad differentiam vestium.

Pars 3tia Libri 2di.

De Post Praedicamentis

Quid est post Praedicamentum. Est Regula cognitionis, qua ad rerum in Cathegorijs positarum, Planiorem notitiam devenimus.

Unde dicitur Post Praedicamentum

Ex eo quod post explicationem Praedicamentorum, ad faciliorem ipsorum intelligentiam positum est, Suntque eius Species 5 oppositio, prius, motus, Simul, et habere.

Caput Imum De Oppositione.

Est duorum Simplicium terminorum repugnantia, quod alter de altero eadem ratione affirmari non potest, ut album et nigrum, caecitas et visio, lapis, non lapis, Sunt Termini Simplices et Sibi repugnantes.

Quotuplex est Oppositio

Quadruplex. Relativa, Privativa, Contraria, et Contradictoria. Ratio. Quia oppositorum alia Sunt entia alia non entia; Si entia haec Sunt duplicia, vel absoluta et Sunt contraria vel respectiva, ut Sunt relativa, Si non entia, haec vel privativa et Sunt contraria, vel negativa et Sunt contradictoria.

Quid est Oppositio Relativa

Est Repugnantia inter duos Terminos relativos, qui ex Sua Significatione mutuo refferuntur, vel in genitivo vel in alio casu, ut inter Patrem et filium, non possunt enim Simul de se praedicari.

Obiicies. Petrus simul potest esse Pater et filius. Pater respectu sui filii, et filius respectu sui Patris. Ergo possunt simul de eodem inveniri.

Resp. distinguendo Antecedens, in comparatione ad unum sic nego. In comparatione ad diversos sic concedo.

Quid est Oppositio Privativa

Est repugnantia inter formam debitam certo subiecto, et eius Privationem, ut inter caecitatem et visum, quia caecitas est privatio visus, in subiecto debito scilicet oculo etc.

Nota Privationem esse absentiam formae a subiecto apto, unde in ligno non est caecitas, alia aqua naturaliter, potest dari regressus ad habitum, cum scilicet actus tollitur, potentia redeundi manet, ita a somno ad vigilias, a nocte ad diem etc.

Nota 2do Tres esse condiciones verae Pugnationis. 1ma ut sit in subiecto apto, unde in ligno non est caecitas, sed tantum simplex negatio, quia lignum non est subiectum aptum ad suscipiendam caecitatem. 2da ut sit secundum id. secundum quod subiecto competit, ut homo non dicitur caecus secundum pedem aut manus, quia ibi non est visus. 3tia ut tempore sit debitor, ut catulus non dicitur caecus ante 9 dies.

Quid est Oppositio Contraria.

Est Repugnantia inter duos Terminos contrarios, qui positi sub eodem genere, maxime a se invicem distant, eidem subiecto, vicissim inesse non possunt, nisi alterum sit a natura, ut calor et frigus. Termini Contrarii, positi sub eodem genere scilicet qualitate, et maxime inter se

repugnant, eis subiecto ut agunt, vicissim inesse ~~non~~ possunt, sic calore cedente frigus succedere potest.

Nota contraria esse duplicia, alia immediata, inter quae nullum datur medium, sed eorum alterum semper inesse oportet proprio subiecto, ut in numero semper est paritas aut imparitas, in corpore viuente semper est sanitas aut aegritudo, alia contraria mediata, quae habent inter se medium, ut album et nigrum sunt contraria mediata, quia inter album et nigrum, potest esse flauum, rubrum, caeruleum, viride. Haec contraria mediata retinent per participationem extremorum, sic flauum ex albo et nigro conflatum. Vel per negationem extremorum, sic inter laudabile et vituperabile reperitur medium, neutrum.

Quid est Oppositio Contradictoria.

Est repugnantia inter rem simplicem, et eius puram negationem, ut homo et non homo est.

Nota duas esse conditiones contradictionis. 1ma contradictio debet esse in uniuocis, unde male hic canis, aut est animal aut non. 2da debet esse secundum idem praedicatum et subiectum, unde non bene dicitur. Logica docens non est scientia, et logica utens est scientia. Nota 2do hanc oppositionem esse maximam in ratio, quia in illa reperitur minor conuenientia, et unum oppositorum magis destruit aliud ut Leo non Leo.

Caput 2dum.

De Praedicamento Quid.

Quid est Quid. Quid est particula exponens modos, quibus res aliqua dicitur esse prior altera.

Quot modis dicitur Prius.

R. Tempore, Natura, Ordine, dignitate, et causalitate; Ut versus indicant.
Tempore natura, prius, Ordine dig. et honore
Causam causato dicimus esse Prius.

Prius Tempore est, quod priori tempore existit, ut Roma prior est quam Cracovia, Lechus antiquior est quam Cracus.
Prius natura est, a quo non dat[ur] subsistendi consequentia, id est non infertur recte ex illo alterum, ut animal prius est homine, quia ab animali ad hominem non datur consequentia. Ut animal est Ergo homo est, Potest enim esse brutum, vel aliud aliquid brutum.
Prius Ordine est, quod in aliquam compositione primum locum tenet sic in syllogismo maior propositio, est prior minore etc.
Honore prius dicunt, quod in Republica tenent priorem clariorem locum, ut rex prior est quam senator.
Causa denique est prior suo effectu, ut farina prior est quam panis etc.
Nota Posterius tot modis dici quod et Prius. Ratio, quot modis unum oppositorum dicitur, tot et alterum.

Caput 8vum.

De Postpraedicamento Simul.

Quid est Simul. Est Terminus indicans modos, quibus res dicitur esse simul.

Quot Sunt modi Simul

Tres, Tempore, Natura et Divisione. Tempore Simul dicuntur quorum generatio est eodem tempore, ut Gemelli Simul esse dicuntur quia una in lucem Sunt editi. Natura Simul dicuntur, quorum unum non potest esse Sine altero, ut Sunt relativa, Pater, et filius, dominus, et Servus. Divisione Simul dicuntur, quæ totum aliquod dividunt, seu in quod totum aliquod dividitur, ut homo et Brutum, Sunt simul, quia genus Scilicet animal dividunt. Ubi inde Versus.

Tempore dico Simul quorum generatio nunc est
Quæ convertuntur dicimus esse simul
Suntque Simul species genus unum condividentes.
Sed Generis Causa, non ratione Sui.

Caput 4tum
De Postprædicamentis motus.

Quid est motus. Motus est mutatio rei, secundum quam res una dicitur aliter Se habere nunc, quam fuit Antea, ut cum eadem aqua nunc est calida, post est frigida.

Nota motum hic Sumi logice, pro mutatione Substantiali quam accidentali, non Physice, prout est actus entis in Potentia prout est in Potentia.

Quot Sunt Species motus.

6 Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio, et loci Mutatio. Generatio est Progressio a non ente tali ad ens tale, seu est mutatio a non esse ad esse, ut a Semine mandato terræ ad Plantam. Corruptio est progressio ab ente tali ad non ens tale

Seu est Progressio ab ente ad non ens, ut cum ex homine fit cadauer, est Progressio ab ente hominis ad non ens hominis. Augmentatio est Maioris Quantitatis acquisitio, ut cum ex Puero fit adolescens, ex Vitulo Taurus, ex Pullo Gallus. Diminutio est Quantitatis quaedam extenuatio, ut cum ex adolescente fit Senex. Alteratio est Repugnantia Qualitatum in eodem Subiecto, Vicissitudo et Successio, ut cum ex iusto fit iniustus, ex calido frigidus. Loci Mutatio est, est Progressio ab uno loco ad alterum, ut ad Scholam ex templo exire.

Caput 5tum
De Postpraedicamento habere.
Quid est habere.

Est Terminus indicans modos, quibus rem aliquam dicimus habere seu obtinere.

Quot modis dicitur habere.

Rsp. 8. 1mo habere qualitatem, ut homo dicitur habere Scientiam virtutem etc. 2do habere quantitatem, ut homo Sesquicubitus et Incubitus etc. 3tio habere vestem tunicam etc. 4to habere Ornamentum ut ea quae circa corpus sunt. 5to habere partem ut caput manus pedes etc. 6to habere rem contentam sicuti modius habere ipse triticum, dolium vinum. 7mo habere possessionem ut habere modicum villam agrum etc. 8vo habere Uxorem, sed hic modus est improprius, non tam enim habet vir uxorem quam uxor virum

quod alijs modis non convenit. Hi octo modi habendi continentur hisce versibus.

Actum, Quantum, Vestitum, Dig, vel uxor, ausid
Membrum contentum, Possessio vir mulierem

Liber 3tius

Aristoteli dictus periermenias
Seu de Interpretatione Quaestiones.

Quid vocas Enunciationem. Enunciationem idem esse intelligo cum Ciceroni, quod Aristoteli Erminia, id est interpretatio [illegible] Graeci vero Generali nomine appellant protasim, id est Propositionem. Nonnulli Peripatetici protasim. Sicut Axioma Mathematici Problema, Ciceroni est effatum et Pronunciatum uno verbo a quolibet auctore ~~[illegible]~~ [illegible] suo placito appellata est.

~~[illegible]~~
Ante Enunciationis Definitionem
quae sunt Cognoscenda.

2a Partes illius et genus.

Quot sunt Partes Enunciationis.

Rdo duo Nomen et Verbum.

Caput Imum
De Nomine et Verbo.
Quid est nomen.

+

Nomen est vox significativa ex instituto sine tempore, cujus nulla pars est significans separatim, finitum aut certum aliquid designans in casu recto. Dicitur 1mo est Vox, per vocem sonum, ex ore animalis profectum, certis naturis instrumentis formatum intellige. Dicitur 2do significativa ex instituto ut excludantur voces inarticulatae, ut sunt gemitus, latratus canis, ululatus luporum, dicitur Sine tempore, ut excludantur Verba et Participia. Dicitur Finita ut excludatur nomen infinitum, quod nihil determinate significat, ut non homo non Leo, dicitur in casu recto, ut excludantur casus obliqui, dicitur cujus nulla pars separatim, ad excludendos terminos complexos et Orationem, cujus partes significant aliquid.

Quid est Verbum

Verbum est Vox significativa ex instituto cum tempore, finita et recta, cujus nulla pars separatim significat quid, quod significat per se, et semper est quod de alio praedicatur, ex dictis de nomine facile de Verbo doctrina potest intelligi.

Quae est Differentia inter Nomen et Verbum.

Ista quia nomen significat aliquid sine tempore Verbum autem cum tempore uti ex definitione patuit.
Objicies tamen Ista nomina Annus, hora, mensis, significant tempus. Ergo non significant ~~ex~~ cum tempore. Resp. aliud est significare tempus aliud cum tempore, Annus Ergo hora, Mensis, significant tempus sed non significant cum tempore, id est non variantur per tempora sicut verba.

Quid est Genus Enunciationis.

+

64

Sequitur Oratio. Quid est Oratio. Oratio est Vox Significativa ex instituto, cujus pars separata aliquid significat. Tales Orationes sunt. Petrus legit Plato disputat, quarum Orationum partes separatim sumptae significant aliquid, nam ut hujus Orationis, tam nomen quod Plato est quam Verbum disputat, partes separatim sumptae, certum aliquid designat.

Quotuplex est Oratio.

Duplex Perfecta et Imperfecta. Perfecta oratio est, quae integram declarat sententiam, ut Deus est summum bonum. Imperfecta est quae non integram declarat Sententiam. Haec rursus duplex est. Alia quae mutilam declarat Sententiam ut hic nos nunc nobis Deum timere est. Alia quae nullam Sententiam ne truncatam quidem continet, ut quantitas discreta, quae non videtur aliquid significare.

Perfecta Oratio quot habet Species.

Has 5. Optativa Omihi praeteritos ~~Luff~~ Jupiter si praeferat annos. Interrogativa Sed vos qui tandem. Deprecativa Parcite Dardanidae de vos pudeat hos ulli uni. Imperativa Disce puer ex me Virtutem laborem, et fortunam ex alijs. Enunciativa ut Ulysses amicitias utilitate probat. Ex his modis Logici ultimam tantum consideraverunt, quae tum Enunciationes tum pronunciatum, tum effata sive etiam Propositiones dicuntur.

Quid est Enunciatio.

Est Oratio perfecta verum aut falsum sine ambiguitate significans, ut homo est animal, albedo est accidens quae Enunciationes, certum aliquid et definitum sine ambiguitate designant. Falsum autem significantes illae sunt

Enunciationes homo est lupus, Petrus est Asinus.

Caput 2dum
De Divisione Enunciationis.

Quot modis dividuntur Enunciationes.

4pler Secundum Substantiam, Secundum Qualitatem, Secundo Quantitatem, et Secundum Materiam.

Secundo Substantia quotuplex est

Duplex, Alia Cathegorica et alia Hypothetica. Categorica est simplex enunciatio, in qua de Subiecto simpliciter aliquid affirmatur vel negatur, ut Animal currit Petrus est doctus. Hypothetica est, in qua praedicatum removetur a Subiecto:

Nota his ipsis Signis, Quae, Qualis, Quanta, exprimi naturam Propositionis. Quae inquirit Substantiam Propositionis, sit ne Categorica vel Hypothetica. Qualis designat Qualitatem sitne affirmativa vel negativa. Quanta Quaerit de Quantitate sitne universalis vel particularis, indefinita vel singularis, secundum hos versus.

Quod si Quis te Quae Qualis et Quanta rogaret
Quae Cat et Hyp, Qualis af, et Neg, tot quanta per infin.

Quotuplex est Propositio Secundum Quantitatem.

Quadruplex. Universalis et Particularis Indefinita et Singularis. Universalis est cuius Subiecto communi additur Signum universale, affirmativum vel negativum, ut omnis nullus. Particularis est cuius Subiecto communi apponitur signum particulare, affirmativum vel negativum, ut

quidam homo currit, quidam homo non currit. Indefinita est quæ sine signo universali vel particulari, affirmativo vel negativo posita, ut homo currit. Singularis est in qua pro subiecto ponitur aliquod individuum, ut Petrus Studet.

Quotuplex est secundum Materiam

Triplex. Naturalis seu necessaria, Probabilis seu contingens, Remota seu impossibilis. Necessaria propositio est in qua prædicatum naturaliter inest subiecto, ut homo est rationalis. Contingens propositio est, in qua prædicatum accidentaliter inest subiecto, ut Joannes est doctus. Remota propositio est, in qua prædicatum nulla ratione coniungi potest subiecto, ut homo est asinus.

Nota 1mo Materia necessaria affirmativæ universales semper sunt veræ, Negativæ semper sunt falsæ, ut omnis homo est animal est vera, nullus homo est animal est falsa. 2do In materia contingenti affirmativa et negativa universalis falsa, ut omnis homo est iustus, nullus homo est iustus, particulares veræ, quidam homo est iustus, quidam homo non est iustus. 3tio In materia remota semper sunt falsæ, Negativæ semper veræ, ut omnis homo lapis, quidam homo est lapis sunt falsæ, cum vero nullus Lapis est homo, quidam homo non est lapis sunt veræ.

De Affectionibus Propositionum seu Enunciationum

Quot sunt Affectiones seu proprietates enunciationum.

Tres, Oppositio Conversio et Equipollentia.

Caput 1mum de Oppositione.

Quid est Oppositio.

Oppositio est ~~duarum~~ ~~Enu~~ Enunciationum Cathegoricarum, vel secundum

Quantitatem tantum, uel Secundum Qualitatem tantu, uel utroq modo pugnantia, secundum Qualitatem tantu opponuntur sibi Propositiones, ut omnis homo est albus, Nullus homo est albus, uel Quidam homo est albus quidam homo non est albus. Secundum Quantitatem tantu, ut omnis homo est albus, quidam homo non est albus. Secundum Qualitatem et Quantitatem opponuntur, ut omnis homo est albus quidam homo non est albus.

Quotuplex est oppositio.

Quadruplex. Contraria Subcontraria, Subalterna et Contradictoria.

Quid est Oppositio Contraria.

Cum duæ Propositiones Universales, pugnant in Qualitate tantu, id est cum una est affirmatiua altera negatiua, ut omnis homo est mortalis, nullus homo est Mortalis.

Nota Contrarias Propositiones in Materia Necessaria, non posse simul esse ueras, sed una est uera altera falsa, ut omnis homo est animal et nullus homo est animal. In Materia Contingenti semper falsas inueniri, ut omnis homo est iustus, nullus homo est iustus.

Quid est Oppositio ~~Sub Contraria~~ subcontraria.

Cum Particulares ~~propositiones~~ duæ propositiones pugnant inter se sola Qualitate, id est cum ~~altera~~ una est affirmatiua altera negatiua, ut quidam homo est iustus, et quidam homo non est iustus.

Nota Subalternas in Materia contingenti, simul posse esse ueras, ut quidam homo est doctus, et quidam homo non est doctus, in materia necessaria et remota, unam ueram alteram falsam, ut quidam homo est animal, et quidam homo non est animal, item quidam homo est lapis, et quidam homo non est lapis.

Quid est Oppositio Subcontraria.


Cum duae Propositiones, pugnant in Qualitate et Quantitate, id est cum una est universalis, altera particularis, eaq; vel affirmativa utraq; ut omnis homo est rationalis, quidam homo est rationalis, vel negativa utraq; ut nullus homo est lapis quidam homo non est lapis.


Nota Subalternas in materia necessaria et remota, posse esse veras affirmativas ut omnis homo est risibilis quidam homo est risibilis, in contingenti semper sunt falsae, particulares verae, ut omnis homo est doctus, quidam homo est doctus, et nullus homo est iustus quidam homo non est iustus.

Quid est Oppositio contradictoria

Cum duae Propositiones pugnant in Qualitate et Quantitate simul, id est cum una est universalis affirmativa, altera particularis negativa, vel e contra ut omnis homo est mortalis, quidam homo non est mortalis.

Nota Contradictorias propositiones in materia necessaria et remota, Universales sunt verae ut omnis homo est rationalis, Particulares falsae, quidam homo non est rationalis. In materia contingenti universales sunt falsae, ut omnis homo est doctus, nullus homo est doctus, Particulares verae, ut quidam homo est doctus, quidam homo non est doctus. harum oppositionum doctrina ex subiecto Schemmate melius patebit.





Caput 4tum

De Conversione

Quid est Conversio

Est praedicati in locum subiecti, et subiecti in locum praedicati transpositio, uel conversio seu reciprocatio est, commutatio extremorum propositionis, seruata qualitate et ueritate, ut si dicas doctrina non est iustitia, Ergo iustitia non est doctrina, uel nulla virtus est inter uitia, Ergo nullum uicium est inter uirtutes.

Nota seruare qualitatem nihil aliud est, quam efficere convertentem affirmativam, ex conversa affirmativa, et negativam ex negativa, seruare autem ueritatem est, facere ex conversa vera ueram convertentem.

Quotuplex est Conversio. triplex Simplex, per accidens et per contrapositionem.

Quid est Conversio simplex

Est mutatio Subiecti in locum praedicati, et è contra manente eadem Qualitate et quantitate propositionis.

Nota: Ad cognoscendam Naturam conversionis has dictiones observandas esse, hoc versu contentas.

EcE + IbI SImpl ArmIgErOS Ac ArmA bOnO Contr. Vocabulis quatuor servanda sunt vocales A E I O, A significat universalē affirmativā E universalē Negativā, I particularem affirmativam, O particularem negativam ut indicant versus.

Asserit A negat E et sunt universaliter ambo
Asserit I negat O et sunt particulariter ambo

Quares
Quae convertuntur Propositiones Simpliciter.

Ad duas, Universalis negativa, in Universalē negativā, ideste in se ipsa, ut nullus homo est lapis, Ergo nullus lapis est homo, 2do Particularis affirmativa in Particularem affirmativam ut quidam homo est doctus, quidam homo non est doctus, ut denotant in versu voces EcE + IbI.

Quid est Conversio per Accidens

Est mutatio Subiecti in locum praedicati et è contra manente qualitate sed mutata quantitate.

Quae convertuntur Propositiones per accidens.

Quae per has voces exprimuntur, ArmIgErOs. imo Universalis affirmativa, in Particularem affirmativam, ut omnis homo est doctus, Ergo quidam doctus est homo

2do Universalis negativa in Particularem negativam, ut nullus homo est lapis Ergo quidam lapis non est homo.

Quid est Conversio per Contrapositionem

Est Mutatio subiecti in locum prædicati, et è contra manente eadem Qualitate et Quantitate sed mutatis Terminis in infinitos. Vi:

Nota Terminos infinitos dici quibus additur aliqua negatio ut non homo non bos, finitos autem dici qui sine negatione ponuntur, ut homo bos.

Quæ Propositiones Convertuntur per Contrapositionem.

Quæ per vocessitas exprimuntur ArmA bOnO, imo Universalis affirmativa in se ipsam, ut omnis homo est animal, Ergo omne animal est homo

2do Particularis negativa in se ipsam, ut quoddam album non est dulce, Ergo quoddam dulce non est album.

Nota reperiri apud Dialecticos tales Propositiones, in quibus conversio non potest fieri iuxta doctrinam superiorem, ut tamen convertantur hæc notandæ sunt regulæ.

Regula ima Quoties Verbo aliquot in Propositione incedent, toties mutetur in Participium, ut Petrus videt lapidem, quia hic non potest fieri conversio sic Ergo lapis videt Petrum, mutandum est Verbum videt in participium videns sic Ergo videns lapidem est Petrus.

Regula 2da Propositio quietem in loco significans, debet converti per pronomen quoddam, et participium existens, ut Cutecas est in collegio Ergo quoddam existens in collegio est Cutecas, similiter convertendo sunt Ridicula est in Crumena Cathedra est in Schola.

Regula 3tia Dantur Propositiones in quibus conversio facienda, per amplificationem et restrictionem ut nullus mortuus est homo, Ergo nullus qui est mortuus est homo.

Nota Sicut per restrictionem factam conversio facit Propositionem veram, sic falsa esset si diceres Ergo nullus homo est mortuus.
Regula 4ta Dantur Propositiones in quibus terminos servanda Nullus lapis est animal Ergo nullum animal est lapis, non autem Ergo nullus animal est lapis.
Regula 5ta Conversio non fit in tempore futuro, ut Nullus senex est puer, Ergo nullus puer erit senex, falsum est quia in tempore futuro.

Caput 6tum

De Equipollentia

Antequam definiatur Equipollentia. Sciendum est 1mo Equipollentias simplicium enunciationum, versari in quatuor particulis in quibus oppositionem enunciationum contradictoriarum, contrariarum, subcontrariarum et subalternarum fundari diximus, quos assignant dialectici cum Aristotele, imo de interpretatione, Omnis Nullus Aliquis non Aliquis, ex his enim Particulis Propositiones constantes aliquando sunt sibi similes et universales, aliquando equales particulares, nunc etiam particulares universali, affirmativas vel negativas, vel è contra, additione vel detractione solius particulae negantis Non, quae ideo a Dialecticis vocatur maligniantis naturae, quia quidquid post se invenit tollit, si enim post se habeat signum universale affirmativum, ut Omnis facit illud particulam negativam, ut non omnis doctus est pius, aequivalet huic, aliquis doctus est pius. Idem significat non omnis atque aliquis, Non imo et ipsam negationem destruit, praeposita enim negatione negationi habet sensum affirmativum, ut illa Propositio Non aliquis doctus non est pius, aequivalet illi Aliquis doctus est pius. Unde apud Philosophos est illud commune axioma duae Negationes faciunt unam affirmativam Dices Quid si plures negationes in Propositione ponantur, quomodo cognoscendum est ne Propositio Affirmativa vel Negativa, Resp. facile colligi ex numero negationum, si enim pares fuerint, Scito esse affirmativam si vero impares negativam et demonstratur axiomate illo paritas negationum affirmat imparitas

negat. V.g. hæc Propositio, non quidam Grammaticus non est nudus, est affirmans et æquivalet illi affirmativæ quidam Grammaticus est nudus, illa vero non quidam Grammaticus non est nudus æquivalet illi negativæ quidam Grammaticus non est nudus sic et de alijs intelligendum est.

Sciendum 2do æquipollentiam et æquivalentiam idem esse, unde multi se inferunt tales Propositiones V.g. in hac Aliquis homo non est doctus recte infertur, Ergo non omnis homo est doctus, quia sunt sibi contradictoriæ si demitur Negatio, si apponatur sunt æquipollentes.

Sciendum 3tio ipsam æquipollentiam esse in explicanda veritate Propositionum obscurarum, in solvendis Sophisticis Argumentis qui ut plurimum utuntur ad confundendum intellectum respondentis, sed omni difficultati facile occurritur, si ex superius dictis cognoscens, sit ne affirmans vel negans propositio.

Sciendum 4to Magnam vim Particulæ negantis in enunciatione rebus positis inesse a qua omnis æquipollentiæ ratio dependet, ita quod quo illa post se negativum invenerit, sive sit Quantitatis, sive qualitatis immutet, unde ut cognoscatur facilius quando Qualitatem quando quantitatem Propositionis immutet.

Quid est Æquipollentia

Est duarum Propositionum inter se pugnantium, facta per appositionem negationis convenientia, ut quia ipsi Propositioni, Omnis homo non est bonus addita est negatio, ideo valet ac si diceres nullus homo est bonus.

Quot Modis fit Æquipollentia Propositionum.

Tribus. cuius modus est negatio præponitur 2dus cum postponitur 3tius cum præponitur et postponitur signo universali vel particulari, ut indicat versus

Præ contradic. post contra præpost. subalter

1mus Modus. Aequipollentias docet in contradictoriis propositionibus esse nega-
tionem praeponendam signo universali aut particulari ut istae duae propositiones
Omnis homo est iustus, et quidam homo non est iustus contradictorie sibi oppo-
nuntur, si igitur vis ut aequipolleant sibi praepone negationem sic, non omnis
homo est iustus, idem erit ac si dicas quidam homo non est iustus, et non quidam
homo non est iustus idem erit ac si dicas omnis homo est iustus.
2dus Modus docet in contrariis negationem postponendam signo ut indicat versus
Post contra, ut propositiones istae omnis homo est doctus, nullus homo est doctus
contrarie opponuntur, si igitur vis ut aequipolleat una alteri postpone signo
negationem non sic Omnis homo non est doctus, idem valet quod nullus homo
est doctus, et nullus homo non est doctus, idem valet quod omnis homo est doctus. 3tius
Modus docet in Subalternis negationem praeponendam et postponendam esse
signo, ut indicat versus Prae, post que subalter, ut istae propositiones opponuntur
sibi subalterne, omnis homo est iustus, et quidam homo est iustus, si ergo vis
ut aequipolleant praepone et postpone negationem signo sic, non omnis homo non
est iustus, idem est quod quidam homo est iustus, et sic de aliis.

Caput 3um

De Divisione Enunciationis hypotheticae.

Quotuplex est Enunciatio Hypothetica.

Triplex Copulativa Disiunctiva et Conditionalis. Copulativa Propositio
est duabus Cathegoricis constans, cuius partes copulativa particula nectuntur,
ut homo est animal, et animal est vivens. Disiunctiva Propositio est, cuius partes
iunguntur copula disiunctiva, seu vel aut ut homo vel legit vel non legit, aut
dies est aut non. Conditionalis Propositio est ea quae particula conditionali nec-
titur, ut si Sol est ortus Ergo dies est. Alii addunt Causalem, in qua coniunctio
est causalis, quia quoniam, ut quia ignis est fumus est, alii rationalem seu
illativam in qua partes iunguntur nota illativa Ergo ut ignis est levis

+

Ergo tendit sursum, lapis est gravis Ergo tendit deorsum.

Praeter illas superius recensitas dantur et aliae. Dantur plurimae. 1mo Alia est Propositio directa, in qua praedicatur id quod debet praedicari et subjicitur id quod debet subjici. Alia Indirecta, quae modo procedit opposito, ut cum dicimus bonus est Petrus, Albus est homo. Indirecte enim hoc dicuntur quia bonitas inest Petro non Petrus bonitati. 2do Alia est Propositio Identica alia non Identica. Identica Propositio est quando idem dicitur de eodem, ut Paulus est Paulus, non identica seu formalis est cum diversum praedicatur de subiecto ut Joannes est bonus. 3tio Aliae Propositiones sunt per se aliae per accidens. Per se dicuntur illae in quibus necessario praedicatum inest subiecto, ut Petrus est risibilis Bos est mugibilis, per Accidens illae sunt in quibus accidentaliter praedicatum affirmatur vel negatur de subiecto, ut Joannes est diligens Petrus scribit. 4to Alia Propositio est Absoluta alia Modalis. Absoluta Propositio est, quae simpliciter enunciatur praedicatum inesse subiecto, vel non inesse, ut Paulus est homo. Modalis vero est quae non modo exprimit praedicatum inesse subiecto vel non inesse, sed etiam modum quo illi hoc convenit exprimit, ut homo necessario est animal rationale, Petrus Contingenter est Philosophus.

Unde dicitur Modalis Propositio, a Modo quem exprimit.

~~Quid est Modus.~~ Modus est determinatio Propositionis ratione materiae.

~~Quotuplex est Modus.~~ R. Duplex Alius est qui limitat et afficit aliquam tantum Propositionis partem, scilicet praedicatum subiectum ut in his Propositionibus Petrus bene studet et Petrus Polonus est Philosophus, in 1ma Terminus bene est modus determinans praedicatum studet. In 2da Polonus est modus determinans subiectum scilicet Petrus. Alius modus qui totam Propositionis compositionem et materiam afficit. Ut si

dicas homo necessario est animal, hoc dicto necessario totam Propositionem afficit.

Quotuplex est Modalis Propositio.

Quadruplex, Necessaria Contingens, Possibilis, et Impossibilis. Propositio Modalis necessaria est quae aliquid enunciat ita esse necessario, ut non possit non esse, ut homo necessario est animal et rationale. Propositio Modalis contingens est quae opponitur necessariae, et enunciat aliquid posse esse aut non esse, ut contingens est Petrum esse dialecticum. Propositio Modalis possibilis est quae enunciat aliquid esse possibile, aut esse posse, vel necessario vel contingenter, et per hoc differt a necessario et contingenti quia dicit aliquid comune utrisque, ut possibile est aliquem hominem creari rationalem aliter vel nigrum. Propositio Modalis impossibilis est quae opponitur possibili quia neque necessario neque contingenter fieri potest, ut impossibile est hominem esse brutum. Et haec de Propositionibus sequitur.

Liber 4tus

Ab Auctore dictus Analiticum Prioreron seu Resolutionis prioris Quaestiones.

Circa perfectam argumentationem quae sunt consideranda.

Tria Definitio Argumentationis divisio et Specierum eiusdem Enumeratio.

Caput unum de Definitione.

Quid est Definitio. Est Oratio quae id quod definitur quid sit explicat, Secundum alios sic est Oratio explicans nominis Significationem et rerum naturam, ut Significatur quid sit natura. Ratio: Est principium more

est quietis ejus in quo est primo per se et non secundum accidens. Dicitur Oratio quia convenit Definitioni et divisioni, deinde quia uno nomine definitio non potest exprimi.

Quotuplex est Definitio. Duplex quid nominis et quid rei. Quid nominis definitio est quae vim vocis explicat, ut Philosophia est amor sapientiae, estque triplex 1ma dicitur Catalexis cum vocabulum altero notiori explicatur, ut conjicere est iacere, deicere est de loco superiori in inferiorem praecipitare. 2da est Catatimologia, cum unde vox deducta sit inquirimus, indeque vim ejus et significationem investigamus, a Cicerone vocatur Notatio seu Ethymon Verbi, ut convivium est quasi amicorum convictio. 3tia Catadiaphora cum propositis duabus vel pluribus vocibus inquirimus idem ne an diversa significent ut sit ne idem amicus et adulator. Quid est rei definitio quae quid res sit breviter ostendit, estque duplex Essentialis et descriptiva. Definitio Essentialis est quae naturam et essentiam rerum explicat, ut homo est animal rationale quod est essentia hominis. Quot sunt species Definitionis Essentialis tres: 1ma quae sumitur a substantia rei seu intrinsecis ejus principiis, constatque genere et differentia, ut homo est animal rationale. 2da A partibus cum res ea quae ad explicandum proposita est quasi in membra dispertitur, quorum enumeratione quid ea sit quam late pateat aperitur, ut homo est qui constat anima rationali, quae sempiterna est, et in corpore mortali. 3tia quae sumitur a causis, cum res per suas causas explicatur, vel omnes aliquas

vel omnes quor ut si quis definiat domum, domus est aedificium ex
ligno vel lapidibus ab architecto constructa, quadrata signum commodio:
ris habitationis gratia. Quid est Definitio descriptiva
quae conficitur ex ijs quae etsi rei insunt tamen nihil ad eius essentiam
pertinent, ut homo est animal vivens, bipes implume erectum habens
vultum ad sidera etc. Quot modis fit definitio descriptiva:
1o Imo cum res describitur per effecta et signa, ut ira est ultionis
libido. 2do per Adiuncta quae plurima accidentium et adiunctorum
congerie qualis sit res ostenditur, sic Tullius definit hominem
est animal providum sagax, acutum, plenum consilij et rationis. 3tio
per Similitudinem quae fit, translatis ex re simili verbis, ut homo
est arbor inversa, secundum Platonem, senectus est vitae occasus
quae similis est soli occidenti. 4to per Eversionem contrarij ut Cicero
quid est aliud furere; quam non cognoscere leges, non cognoscere
homines, non cognoscere ipsum prohimine. 5to per periphrasim ut
Aristoteles est princeps Philosophorum. 6to per Exemplum
quod exemplo subiecto ostendit quid res sit, ut Tyrannus est ut Pha:
laris, bonus est ut Cato. 7mo per defectum ut mutilatus est cui pars
aliqua deest, huic contraria et per redundantiam, ut monstrum est
quod plus est quam aliqua species postulet ad suam substantiam
perficiendam. 8uo per laudem, ut Cicero, Lex est mens et
animus et consilium et sententia civitatis. 9no per proportionem
ut magistratus est lex loquens et e contra: Lex est magistratus
mutus. ~~9no~~ 10mo per relationem ut filius est qui patrem habet.

Caput 2dum De Virtutibus et Vitijs Defin.

Quot sunt Virtutes Definitionis. Secundum Aristotelem numerantur tres. 1ma Definitio debet esse adequata suo definito, idest non debet esse plus in definitione quam definito, ut homo est animal rationale. 2da Omnis Definitio debet explicare essentiam sui Definiti. Ratio quia in eum finem instituitur, ut res ambigua per eam explicetur et natura rei cognoscatur. 3tia debet esse perspicua et aperta seu clarior suo definito, additur etiam 4ta unius rei una debet esse definitio sed hoc intelligitur de definitione, quae datur per genus generalissimum et intermedium, et differentiam proximam, ut homo est animal rationale.

Quot sunt Vitia Definitionis. Tot quot et Virtutes 1mum Quando Definitio non est adequata suo definito, ut si quis definiat hominem quod sit animal et non addat rationale. 2dum cum non explicat naturam sui definiti ut homo est animal implume bipes. 3tium cum est obscura, ut homo est microcosmus. 4tum cum est multiplex.

Caput 3tium De Divisione.

Definitionem sequitur divisio quam introduxit quatenus ex distinctis partibus constat. Quotuplex est Divisio. Duplex nominis et rei. Nominis divisio est quae voces plura significantes in sua significata distinguit, ut canis 1. est animal domesticum 2. sydus caeleste, 3. piscis marinus. Divisio rei est cum res aliqua tota in suas partes species et accidentia distribuitur, estque duplex substantialis et accidentalis substantialis est cum res dividitur per ea, quae perti:

nent ad substantiam ejus. Quotuplex est substantialis? Triplex Generis in species; Totius in partes. Et vocis multiplicis in sua significata. Divisio Generis in species est, cum genus dividitur per proximas differentias in suas species, ut animal per rationale et irrationale dividitur in hominem brutum etc. Divisio totius in partes est cum aliquod totum in partes veras et proximas dividitur, ut homo in animam et corpus.

Nota totum esse triplex, Essentiale Integrale et Universale. Totum essentiale est cum res dividitur in partes essentiales seu Physicas, ut homo in animam et corpus, sive Metaphysicas, ut homo in Genus et differentiam. Totum Integrale est quod in partes integrales dividitur, ut homo in caput manus pedes etc. Ejus partes sunt duplices. Homogeneae quae sunt ejusdem naturae cum suo toto ut caro ossa etc. quaelibet enim particula carnis caro est. Heterogeneae sunt quae sunt diversae naturae cum suo toto ut homo constat capite manibus. manus enim constat ex carne ossibus et nervis quae sunt diversae naturae inter se. Totum Universale est cum res in partes inferiores dividitur, ut animal in hominem et brutum.

Divisio vocis multiplicis in sua significata quid est. Cum vox aequivoca dividitur in diversas significationes, ut Aries, aut est agnus, aut sidus coeleste aut machina bellica qua muri quatiuntur.

Quid est Divisio Accidentalis ~~cum~~ Cum res dividitur per ea quae non sunt de essentia ejus. Quotuplex est Accidentalis? Triplex: Primo Subiecti in accidentia, ut homo alius est albus alius niger. 2da

+

Accidentis in subiecto ut album aliud est lac aliud nix. 3tia Accidentis in accidentia ut flavum aliud est dulce aliud amarum.

Caput 4tum De Virtutibus et Vitiis Divisionis. Quot sunt Virtutes Divisionis. Tres. 1ma Debet esse bimembris ut animal aliud est rationale aliud irrationale, vivens aliud est sensibile aliud insensibile, sed haec divisio intelligenda generis in differentias non in species. 2da debet esse per membra repugnancia, quae non coincidunt ut rationale et irrationale. 3tio ut sit adaequata divisio, id est ut eiusmodi divisionis sint partes, quae de pluribus quam id ipsum quod dividitur dici nequeat, ut animal vel est brutum vel non brutum.

Quot sunt Vitia divisionis. Tria, primum Cum omittitur necessarium. 2dum cum additur minus necessarium, ut si dicas animal aliud est rationale aliud irrationale aliud spirituale. 3tiu cum divisum pro dividente ponitur et è contra, ut si quis voluptatem dividat in gaudium et laetitiam seu cum pars in genere et genus in parte numeratur, ut animal aliud est asinus, aliud expers rationis. Vitium est si sub rationis expertē continebitur Asinus, tanquam sub immediato genere.

De Definitione et Divisione Argumentationis. Quid est Argumentatio est Oratio in qua unum ex alio consequi indicatur, eius species sunt 6 Syllogismus, Entymema, Inductio, Sorites, ~~et~~ exemplum et Dylemma.

Caput 5tum De Syllogismo Quid est Syllogismus. Syllogismus seu ratiocinatio est Oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam non diversum ab his quae posita sunt necessario consequitur, ut omne

rationale est visibile, omnis homo est rationalis, Ergo Omnis homo est visibilis. Quotuplex est Syllogismus. Sicut duplex propositio statuitur ita etiam duplex Syllogismus dari debet, videlicet cathegoricus et hypoteticus, propositionum enim beneficio syllogismi duplices imponantur. Quot in Syllogismo Categorico sunt consideranda. Ut in omni Enuntiatione, ita et in omni syllogismo sunt consideranda duo Materia scilicet et forma. Quotuplex est materia syllogismi. Duplex proxima et remota; Materia Remota sunt Termini seu res significatae. Materia proxima sunt Propositiones ex quibus constat syllogismus, nam ex ipsis tanquam ex materia proxima construitur. Rursum materia syllogismi si spectemus res ipsas triplex est Necessaria Probabilis et falsa, ex necessaria fit syllogismus Necessarius seu Demonstrativus, ut omne grave ad ima tendere est necessarium, Lapis est gravis Ergo lapidem ad ima tendere est necessarium. Ex Probabili fit syllogismus Probabilis seu Thopicus, qui eas propositiones recipit quae non habent veritatem perpetuam sed quae interdum variari potest, ut omnes qui bonis praeceptoribus utuntur, Paule in studiis proficiunt, Filius Ciceronis docto praeceptore utitur Ergo Paule in studiis proficit. Ex falsa fit syllogismus falsus seu Sophisticus qui constituitur ex iis quae etsi speciem quandam veritatis praeseferunt nihil tamen minus veri habent, sed fuco suo rerum ingenios decipiunt, ut Quas carnes emisti tales comedisti Sed crudas carnes emisti Ergo crudas carnes comedisti. Quid est Terminus. Terminus est vox ipsa

uicem Subiecti et praedicati in propositionibus gerens u.g. in hac Propositione homo est animal sunt duo termini, homo scilicet et animal, ille locum Subiecti, hic locum praedicati obtinet. Quot sunt Termini in Syllogismo necessario. Tres Maior minor et Medius, Maior est qui in Maiori Propositione cum medio coniungitur; dicitur enim maius extremum et Subiecti in conclusione locum obtinet, Minor est qui in minori propositione cum medio coniungitur; uocatur enim minus extremum. Qui dicitur Medius Terminus qui connectit utrumque extremum, unde dicitur medius qui mediat inter utrumque extremum et locum habet in utroque Syllogismo u.g. in hac propositione omne animal est Sensitiuum, homo est animal Ergo homo est sensitiuus, in hoc syllogismo Medius Terminus est animal minor est Sensitiuum et ideo nobiliorem locum in propositione minori praedicati uicem habens obtinet; maior uero est homo et sic de alijs tenendum.

Quot Propositiones ad formandum Syllogismum requiruntur.

Tres Maior Minor et Conseq. Maior est in qua ponitur maius extremum uel quae loco primo ordinarie ponitur, haec ab alijs dicitur prior parte missa. Minor est in qua ponitur minus extremum uel quae secundo loco ordinarie collocatur. Conseq. uero est quae in tercio loco ponitur et infertur ex praemissis, ut in exemplo superiori. Maior Prop. est talis Omne animal est Sensitiuum, ubi maius extremum collocatur quod est Sensitiuum Minor uero est, sed homo est Animal, ubi minus extremum ponitur quod est homo, Conseq. uero est Ergo omnis homo est Sensitiuus, ubi magius et uel et minus extremum ex praemissis infertur. In quo consistit Forma Syllogismi.

Forma Syllogismi consistit in certa quadam dispositione terminorum et propositionum. Dispositio Terminorum dicitur Figura. Dispositio Propositionum dicitur modus, itaque forma Syllogismi comprehendit Figuram et modum. Quid est Forma Syllogismi. Est certa collocatio trium terminorum, secundum subiectionem et praedicationem, id est ut subjiciatur id quod debet subjici, et praedicetur id quod debet praedicari.

Caput 6tum De Figuris Syllogismorum. Quot sunt Figurae Syllogismorum. Tres, 1ma 2da et 3tia. Quid est 1ma in qua medius terminus in maiori propositione subjicitur, in minori praedicatur, ut omne honestum est amplectendum, Omnis virtus est honesta Ergo Omnis virtus est amplectenda. Quid est 2da In qua Medius Terminus tam in maiori quam in minori propositione praedicatur ut Nulla ebrietas est virtus, omnis sobrietas est virtus, Ergo nulla ebrietas est sobrietas. Quid est 3tia in qua Medius terminus tam in maiori quam in minori propositione subjicitur; ut omnis bos est mugibilis, Omnis bos est animal Ergo aliquod mugibile est animal. Harum figurarum dispositio his duobus versibus comprehenditur, 1ma prius subicit medium post praedicat ipsum. Praedicat altera bis 3tia bis subjicit.

Quid est modus. Modus est recta dispositio propositionum, secundum qualitatem et quantitatem, nempe ut sit Particularis ~~affirm~~ negativa vel affirmativa, vel universalis affirmativa vel negativa.

Quot sunt Regulae servandae in modo. 8to 1ma Re:

+

quia hoc est, ex puris particularibus in forma nihil sequitur. Ratio Quia ad bonam formam Syllogismi requiritur, ut saltem in altero praemisso medium distribuat, quod non fit cum ex puris particularibus conficitur Syllogismus, ut in hoc Syllogismo aliquod animal est homo, Aliquis equus est animal Ergo Aliquis equus est homo. 2da Ex duabus negativis in ~~forma~~ forma nihil sequitur, cum medius terminus saltem cum altero extremo convenire debet quod non accidit in pure negativis ac Nullus homo est arbor, nulla pirus est homo Ergo nulla pirus est arbor. 3tia in omni figura conclusio sequitur debiliorem partem, unde si una praemissa erit particularis vel negativa, etiam conclusio talis erit ut ~~nullum~~ animal est arbor, homo est animal ergo homo est arbor. 4ta in Conclusione non ponitur medius terminus, sed maior et minor extremum. 5ta in omni Syllogismo tres tantum termini debent reperiri, unde si aliquis terminus, iuxta suppositionem diversam aliter accipiatur, licet idem videtur esse materialiter malus erit Syllogismus ut canis latrat, canis est sydus ergo sydus latrat. Pessimus est Syllogismus, quia canis aliter sumitur in minori aliter in maiori propositione. 6ta In omni Syllogismo debent esse Termini impermixti, unde si aliquis terminus iuxta suppositionem coniungatur cum altero, malus erit Syllogismus, videlicet ut quod pertinet ad unum terminum non coniungatur cum altero, quod nisi servetur erunt quatuor Termini ut Omnes sues comedunt glandes, Quidam homines comedunt sues Ergo quidam homines comedunt glandes, huius Syllogismi medius terminus

in maiori propositione intermixti, in minori permisti, quod si in utraque propositione termini sint bene permisti, concludet syllogismus et tres solum terminos habebit, ut videre est in hoc syllogismo: Qui cumque desiderat continentiam desiderat animi pulchritudinem, sed qui desiderat pudorem desiderat continentiam, Ergo qui desiderat pudorem desiderat animi pulchritudinem. 7ma Syllogismus indefinitus id est ille qui constat ex definitionibus non notatis signo universali vel particulari, non est in forma nisi deducatur ad definitam. Ratio est quia aequivalet particularibus, ex particularibus vero enim nihil sequitur ut Quadrupes est bos, canis est quadrupes Ergo canis est bos. Valet tamen indefinita propositio pro in materia necessaria pro universali, ut risibile est rationale, homo est risibilis Ergo homo est rationalis. 8va primae figurae assignantur duae regulae, pro formandis syllogismis. 1ma particulari existente nihil sequitur in forma, ut Quoddam animal est homo Omne brutum est animal Ergo quoddam brutum est homo. Ratio Quia in tali syllogismo medium non distribuitur perfecte in aliqua praemissarum. 2da ex minori negativa nihil sequitur in forma ut Omnis homo est animal, bos non est homo Ergo bos non est animal. et hae figurae valent pro syllogismis simplicibus.

Caput 8vum De Modis Omnium Figurarum.

Quot sunt modi omnium Figurarum. 19

Barbara Celarent Darii Ferio Baralipton

Celantes Dabitis Fapesmo Frisesomorum

Cesare Camestres Festino Baroco Darapti

Phelapton Disamis Datisi Bocardo Pherison.

+

Ex dictis colligitur modos primæ figuræ esse 9, secundæ 4, et tertiæ 6.

Quotuplices sunt modi primæ figuræ. Duplices Directè et indirectè concludentes. Directè concludentes sunt in quibus maior terminus directe prædicatur de minori et sunt numero 4 Barbara Celarent Darij Ferio. Indirectè concludentes sunt in quibus minor terminus indirectè prædicatur de maiori, et sunt numero 6 Baralip Celantes Dabitis Phapesmo Frisesmo, pro meliori informatione. Sciendum in omnibus modis uidenda sunt tria 1mo quod singula uerba constent tribus syllabis, et singulæ singulis respondeant propositionibus, hinc in Baralip Frisesomorum tres priores syllabæ omnæ figuræ seruiunt, reliquæ metri causa sint adiectæ. 2do istæ tres syllabæ ita significant, ita ut prima designet maiorem propositionem secunda minorem tertia conclusionem. 3tio quot in syllabis notandæ sunt uocales a e i o, A designat uniuersalem affirmatiuam, E Vniuersalem negatiuam, I particularem affirmatiuam, O particularem negatiuam, ut in hoc exemplo si uelis formare syllogismum primæ figuræ, ut Barbara debes primo recurrere ad primas uocis syllabas, et uidebis qualis minor propositio et qualis maior, qualisque conclusio esse debeat, quia eadem uocalis in tribus syllabis reperitur nimirum A utramque propositionem et conclusionem ipsam uniuersalem affirmatiuam debes facere et erit syllogismus talis. Bar Omne rationale est risibile Omnis homo est rationalis Ra Ergo omnis homo est risibilis.

Caput 8uum De Inuentione Medij Termini. Quomodo Medius Terminus inuenitur. Quando datur Conclusio syllogismo probanda debes inuestigare eiusdem conclusionis rationem seu causam, quæ demonstret rem sic et non aliter habere uel non habere, item uel subiectum consentire prædicato uel non consentire, si enim conclusio fuerit affirmatiua debebit ratio quæri

quod ostendit cur subiecto alicuius conclusionis praedicato conveniat: si vero conclusio fuerit negativa, ratio eiusdem conclusionis indicabit praedicatum a suo subiecto dissentire ut si proponatur Conclusio affirmativa talis Ergo lapis tendit deorsum. Hic si medium terminum formando syllogismo velis investigare, quod tenda erit ratio seu causa, cur illius propositionis subiectum, consentiat cum suo praedicato, id est cur lapis tendat deorsum, itaque cogitanti veniet ista ratio quod sit gravis, unde gravis erit medius terminus, quo medio termino habito conficitur syllogismus in prima figura sic Omne grave tendit deorsum, lapis est gravis Ergo lapis tendit deorsum. Item si negativa conclusio talis fuerit Nullus homo est lapis, debes diligenter animadvertere cur subiectum istius conclusionis dissentiat a suo praedicato, id est cur homo non sit lapis, invenies eam causam quod sit animal quare animal erit medius terminus istius conclusionis, nullus homo est lapis et formabitur syllogismus in prima figura sic, Nullum animal est lapis omnis homo est animal Ergo nullus homo est lapis. Cognoscitur autem medius terminus recte inventus ex eo si in propositionibus cuiuscunque syllogismi formati recta connexio terminorum fuerit.

Quot sunt regulae quibus legitima terminorum connexio in propositionibus dignoscitur. Duae quae vulgo regulativa principia syllogismorum appellantur Dici de omni et Dici de nullo. Quid est dici de omni. Dici de omni est illud cum nihil sub subiecto sumi potest de quo non dicatur praedicatum.

Quot propositiones per hoc principium examinantur. Duae Universalis affirmativa et indefinita affirmativa. Universalis affirmativa illa est Omnis homo est animal nihil enim sub specie hominis invenitur, etiamsi omnia individua percurrere velimus, de quo non dicatur praedicatum illud animal. Si enim universalis negativa propositio fuerit talis Nullus homo est lapis, quia nulli individuo humanae speciei praedicatum illud lapis convenit, ideo recte ponitur, idque per hanc regulam dici de omni. Indefinita

Propositio affirmativa ista Animal movetur erit vera quia quodcunque sumetur sub animali, sive bos sive equus sive canis sive homo, de hoc recte affirmabitur mobile idque per hanc regulam dici de Omni.

Quid est dici de Nullo, cum nihil sub subiecto sumi potest de quo non negetur praedicatum. Quot propositiones per hoc principium examinantur. Duae Universalis negativa, et indefinita negativa. Universalis negativa est talis, nullus homo est lapis istius propositionis connexio terminorum est talis legitima per regulam dici de nullo, quia nihil invenitur sub homine, id est neque Petrus neque Paulus, de quo non negetur praedicatum istud lapis. Indefinita negativa est talis. Lapis non currit hic terminorum recta est connexio per regulam dici de nullo, quia nullus lapis invenitur, de quo non possit negari illud currit.

Caput quintum de Modis primae Figurae. Quid est modus omnis Figurae directus in quo positis tribus terminis, maiori minori et medio conficitur Syllogismus, Ex maiori et minori Propositione universali affirmativa, conclusione itidem universali affirmativa, ut declarat vocabulum hoc Barbara, Bar: Omne honestum est amplectendum Ba, Omnis virtus est honesta Ra: Ergo omnis virtus est amplectenda. Quid est 2dus Modus directus in quo conficitur syllogismus ex maiori Propositione negativa, minori Universali affirmativa conclusione vero universali negativa, ut denotat vocabulum hoc Celarent: Ce Nullum animal est planta, La omnis homo est animal, Rent Ergo nullus homo est planta. Quid est 3tius Modus directus, in quo conficitur Syllogismus ex maiori propositione universali affirmativa, minori particulari affirmativa, conclusione itidem particulari affirmativa, ut declarat vocabulum Darii, Da Omnis homo est rationalis, Ri quoddam animal est homo Ergo quoddam animal est rationale. Quid est 4tus modus directus in quo conficitur Syllogismus, ex maiori propositione universali negativa



minori particulari affirmativa cons. particularis negativa, quod colligitur ex hoc vocabulo Ferio, ut Nullus Ethyops est albus, Sed quidam homo est Ethyops Ergo quidam homo non est albus. Post modos quatuor qui sunt directi seu utiles, sequuntur inutiles 5 seu indirecte concludentes, explicandi, sed cum eo fine inutiles explicentur, ut ex illis utiles reddantur, ideoque quomodo id fiat videbimus.

Qua ratione Modi Inutiles syllogismorum evadant similes cum utilibus, fit per reductionem. Quid est reductio. reductio est modorum imperfectorum et indirecte concludentium ad quatuor primae figurae modos revocatio. Modi autem imperfecti sunt tam secundae quam tertiae figurae de quibus inferius dicetur. Indirecte autem concludentes sunt primae figurae quinque qui ideo sic dicuntur, quod in conclusione terminum maiorem habeant loco subiecti, minorem loco praedicati. Quotupliciter potest fieri hic reductio; dupliciter primo ostensive 2do per reductionem ad impossibile. Ostensive modi imperfecti reducuntur, quando facimus conversionem propositionum, vel conversionem simul et transpositionem praemissarum quod fit dum maior in minori loco ponitur, et conclusionem quae inferebatur modo imperfecto manifestabimus bene sequi ex suis praemissis, pro qua reductione ostensiva observandae sunt literae istae, quae sunt in principio dictionis, B C D F idque propterea, ut Modi imperfecti seu indirecti, qui incipiunt ab his quatuor literis, reducantur ad quatuor primae figurae modos directos, ita ut qui modus incipiat a litera B, reducatur ad Barbara, qui a C ad Celarent, qui a D ad Darij, qui ab F ad Ferio. ut Quia Baralip convenit cum litera B cum barbara, reduci debet ad Barbara, quia Celantes convenit cum litera C cum Celarent, debet reduci ad Celarent, ita Dabitis ad Darij, Fesino ad Ferio. 2do observandae sunt hae consonantes quae ponuntur in modis dictionum, S P M C, Litera S denotat propositionem indicatam pervocalem immediate praecedentem convertendam esse simpliciter, hoc est mutari debere in praedicato

+

mutari in subiectum, et subiectum in praedicatum. P. significat propositionem indicatam per vocalem immediate praecedentem, convertendam esse per accidens, hoc est mutari debere universalem in particularem. M. significat praemissas esse transponendas, constituendo maiorem loco minoris et minorem loco maioris. Deniq C in medio dictionis positum, videlicet in Baroco et Bocardo, non debere reduci ostensive, sed per reductionem ad impossibile, quorum hoc hisce versibus contentum est.

Litera ima iubet simili sub voce probari
S vult simpliciter verti P vero per acci
M vult transponi C per impossibile duci.

Exemplo ut res omnes manifeste demonstrentur, sic et hae illustrabuntur, si hic syllogismus in Cesare ponatur, Ces nullus lapis est animal, A omnis Leo est animal, Re ergo nullus Leo est lapis. Revocabitur iste modus ad Celarent propter literam designantem ipsum C: prima ipsius propositio propter literam S. debet verti simpliciter et conficitur syllogismus in Celare sic, C nullum animal est lapis, La omnis Leo est animal, Rent ergo nullus Leo est lapis. Similiter in Darapti, Da omnis homo est animal, Rab omnis homo est vivens, Ti ergo quoddam vivens est animal. Revocabitur ad Darii facta conversione per accidens, in minori propter literam P hoc modo, Da omnis homo est animal, Ri quoddam vivens est homo, Ti ergo quoddam vivens est animal. Sic etiam syllogismus in Camestres, Cam omne animal est corpus, Es nullus spiritus est corpus, Tres ergo nullus spiritus est animal, hic revocabitur ad Celarent propter literam C initio positam, minor et conclusio debet verti simpliciter, propter literam S in fine positam, maior debet transponi propter literam M, sic et formabitur syllogismus in Celarent Ce nullum corpus est spiritus, La omne animal est corpus, Rent ergo nullum animal est spiritus. Sic syllogismus in Disamis, Dis omne honestum est lauda:

+

bile, Esm Nullum turpe est honestum, O Ergo quoddam laudabile non est turpe. Revocabitur ad Ferio propter Literam F, ipsius maior vertetur per accidens, hoc est ex universali fit particularis, ~~ipsius maior vertetur per accidens~~ Minor vertetur simpliciter propter literam S, et quia intercedit Litera M, transponendae erunt propositiones sic. Fe, Nullum honestum est turpe, Ri quoddam Laudabile est honestum, O Ergo quoddam laudabile non est turpe. Idem Syllogismus in Frisesmo, Fris Quoddam album est coloratum, Esm Nullum nigrum est album, O Ergo Quoddam coloratum non est nigrum. Revocabitur ad Ferio propter Literam F, maior et minor propositio vertetur simpliciter propter Literam S, et debet poni minor primo loco, Maior 2do loco, propter Literam M hoc pacto, Fe Nullum album est nigrum, Ri quoddam coloratum est album, O Ergo quoddam coloratum non est nigrum. Sic denique in Baralib, Ba Omne difficile est arduum, Ra Omnis virtus est difficilis, Lip Ergo quoddam arduum est ~~virtus~~ virtus. Revocabitur hic Syllogismus ad Barbara propter Literam B, manebunt utraque propositiones integrae, Conclusio vero propter literam P, debet verti per accidens, ex particulari fit universalis sic, Bar Omne difficile est arduum, Ba Omnis virtus est difficilis, Ra Ergo omnis virtus est ardua.

Nota In vocabulo Phrisesmorum Literam M quae post syllabam tertiam metri causa ponitur pertinere ad secundam, ita ut dici debeat, non Phrisesom sed Phrisesmo, M significat praemissas esse transponendas S transvertendas esse simpliciter ut patet ex exemplis.

Quomodo Reducuntur Syllogismi imperfecti ad perfectos per reductionem ad impossibile. Cum in locum maioris propositionis vel minoris vel conclusionis contradicens propositio assumitur, quia contingit aliquando ut in disputatione concessa maiore et minore negetur consequentia in bona forma posita, tunc debet assumi contradictoria conclusionis negatae, et una cum duabus propositionibus concessis conferri, ut

7

ille qui negauerat antea debet concedere, vel contradictoria simul esse vera quod est impossibile, vel certe revocare id quod antea negauerat. Atq ita hunc modum Probationis vocat Aristoteles, Argumentationem ad impossibile, vel per impossibile, qui modus reductionis in singulis figuris potest contingere, sed non eodem modo. Primae Figurae Modi indirecti per impossibile reducuntur hoc modo: si videlicet maior ponatur loco minoris, et contradictoria Conclusionis loco minoris, qui modus valet in omnibus figuris praeterquam in Celantes, qui explicatur illis versibus.

Maior fit Minor, ut sit contradictio maior
Excipe Celantes in quo convertitur ordo.

Ut vg in Baralip: fiat argumentum, Ba Omnis substantia est Ens, Ra Omnis homo est substantia, Lip Ergo quoddam Ens est homo. Si quis in hoc syllogismo concessis praemissis neget conclusionem tanquam male inferentem, ita contra eum agendum erit, Negatur are propositio ista, Quoddam Ens est homo, Ergo huius contradictoria concedi debet, ~~nullum~~ nullum Ens est homo, tunc sic argumentetur, Nullum Ens est homo, Omnis substantia est Ens Ergo nulla substantia est homo. 2da Figura eum modum servat, maior manet, contradictoria conclusionis ponitur pro minori ex quibus duabus propositionibus infertur contradictoria minoris antea concessae, indicatur hic modus conversionis illo versiculo, scilicet

Servat maiorem variatque secundo minorem.

Exemplum sit tale in Cesare, Ces Nullus homo est irrationalis, A Omne brutum est irrationale, Re Ergo nullum brutum est homo, si quis concedendo maiorem et minorem negauerit conclusionem, ipsius contradictoriam debere esse veram, quae est haec Ergo quoddam brutum est homo, qua concessa assumo primo maiorem concessam et formo argumentum in Ferio. Fe Nullus homo est irrationalis, Ri Quoddam Brutum est homo, O Ergo quoddam Brutum non est irrationale. 3tia Figura eum

modum in reductione servat, sumenda est contradictoria conclusionis negatæ pro maiori, minor vero concessa eadem est retinenda, indeque inferendum est contradictorium; includitur hoc documentum illo versu:

Tertia maiorem variat, servatque minorem. Exemplum sit tale in Darapti, Da Omnis homo est animal, rap Omnis homo est rationalis, ti Ergo quoddam rationale est animal, concessis præmissis negatur conclusio, ac sumes contradictoriam conclusionis negatæ Ergo nullum rationale est animal, qua concessa sic argumentum ponens, Nullum rationale est animal Omnis homo est rationalis Ergo nullus homo est animal, Et hæc de reductione syllogismorum.

Caput iomum de modis indirectis et seu inutilibus

+

Grammatica Gallica ex Italico in latinum composita 3. Decemb. 1690 Anno. In Arce Kormanicensi.

Anno

Compendium pronunciationis Gallicæ.

De vocali

A.

Quod primo de Pronunciatione Gallica nominauerim et eam primo loco ponere voluerim ita mihi visum erat uti ad omnia prius necessariam, sed dum et alias connotationes habuerim in seorsivo conscriptas, quæ facile perire potuerint, ideo priusquam alia in ordine libri huius posuissem

1ma obseruatio uti exemplo patebit, ita et in sequentibus.

Iam multoties sum expertus quod quotiescunque biberim semper fui ægrotus.

j'ay déia éprouvé plusieurs fois)
j'ay déia souvent éprouvé (experimenté)
que toutes les fois que j'ay bû (beu) j'en ay été malade

+

2du observatio

Hoc est meum, hoc est tuum, hoc est suum.
Si ista neutra ad nullum certum Substantivum referantur
Sic etiam in lingua gallica neutraliter assumi et hoc modo
poni.

celà est a moy (voylà qui est à moy) celà (ce-ci)
est à nous - à vous - à lui - à elle - a ~~x~~elles - à eux.

Si vero ista neutra latina sint vera relativa, et refferan-
tur ad certum quoddam Substantivum de quo fuit facta men-
tio tunc non possunt accipi (ce-ci) et celà, ut. Cuius est
hoc cubiculum. Cuius est hic equus. Cuius est kitara. R

Elle est à moi	vel c'est la mienne
il est à moy	c'est le mien
ils sont à moy	ce sont les miens
elles sont à moy	ce sont les miennes

De Particula y.

y est particula relativa ad locum in questione quo et ubi,
Sicut quando respondeo ad interogationem. Ivis Romam,
Fuistis ne Romae. R. Oui, j'y vais. vel non, ie n'y
vais pas. Oüy, j'y ay été - non, ie n'y ay pas été.

Sed ultra has questiones loci y refertur etiam ad res omnes et personas ipsas de quibus fuit antecedenter locutio quando volumus has res aut personas repetere sunt. Cogitasti de re de qua nobis heri locutus fui, vel cogitate de me. R

J'ay pensé plus souvent que vous ne croyez.

Je n'y ay pas encore pensé, mais j'y penseray demain matin.

Hic est bene observandum quando hoc particula relativa y refertur ad res aliquas vel personas, usurpatur loco datiui.

Verbum habeo loco sum.

Habeo loco Sum usurpatur impersonaliter scilicet tantum in tercia persona singularis numeri, cuiuslibet temporis et modi, quando fit interrogatio vel responsio cum quandiu, vel quando loquimur de distantia unius ad alium loci, quando dicimus etiam rem aliquam vel plures in aliquo loco esse, et quando numerus vel qualitas rei non satis determinatur et in aliis linguis ponuntur sine articulo definito ut Quamdiu est dominus frater Parisiis. R iam per annum. Quot sunt milliaria hinc Romam usque. R sunt centum quinquaginta. Quot sunt Galli in hac civitate. R sunt multi sunt pauci. Quid est in hac arca.

Combien y a-t-il que Monsieur vostre frere est à Paris?

+

Combien y a t-il de lieues d'ici à Rome?
Combien y a-t-il de françois dans cette ville?
qu'y à t-il dans ce coffre?

R.

Il y a six mois qu'il y est
Il y à cent cinquante
Il y en à environ une douzeine
Il y à des livres françois

Negatio
Il n'y à pas long temps
Il n'y en a pas plus de cent cinquante
Il n'y en a pas beaucoup
Il n'y à rien

La et ci.

La differt a ci, in eo quod là sit demonstrativum rei alicuius aliquantum distantis, et ci vero proximioris vix.
Voylà deux beaux chapeaux, mais celui ci me
plait mieux, que ce luy là.
Que dites vous de ces deux livres?
Ce luy ci est meilleur que ce lui là.
Ce luy ci n'est pas si beau, que celuy là.
J'ay assez appris pendant ce temps là.
J'ay assez appris pour si peu de temps

vous avez beaucoup profité en peu de temps.
Ces choses-là sont elles necessaires.

En et dans

En et dans, en differt a dans circa tempus quod en significet tempus iam elapsum, et actionem iam consumatam, dans vero tempus adhuc durans vel durandum et actionem adhuc faciendam vg. Venit Parisijs huc usq intra tres septimanas.
Faciam hoc opus intra mensem
Il est venu de Pari ici en trois semaines.
Je ferai cet ouvrage dans un mois.
Dans et en, quando situm vel locationem rei alicuius in loco significant observandum est quod quando res aliqua quasi complectitur et comprehenditur et regitur intrinsece in loco, debet adhiberi dans sicut vg. Pisces sunt in mari Il y a des Poisson dans la mer. Si vero res non ita intrinsece comprehendantur in loco tunc utimur en vg Batavi habent octuaginta naves bellicas in mari contra gallum. Les holandois ont quatre vints Vaisseaux de guerre en mer contr les francois.
N.B. quod en significet habitum, vel modum aliquem velut ac tanquam, sicut Loquitur ut Princeps il parle en Prince vel en maitre

Verba eo et Venio

Construuntur in præsenti et imperfecto cum infinitivis aliorum verborum. Verbum venio quidem quando cum præpositione de quando volumus significare accionem mox et immediate factam ut Je viens de voir passer Monsieur George. Mox vidi dominum Georgium transeuntem. Je viens de manger un morceaux qui etoit fort delicat. Statim comedi frustum carnis. Je viens de boire à votre santé, vel un doigts de vin.

Sed verbum eo quando actio mox facienda est ut Monsieur avec votre permission je m'en vais boir a votre santé. Mox bibam. J'allois sortir si vous ne fussiez venu. Mox exiuissem si dominatio non venisset.

Ablativa absoluta

Ablativi absoluti linguæ latinæ et imperfecta cum coniunctione cum ut sunt ea. Loquente Petro vel cum Petrus loqueretur, reducuntur Gallicè per participium ut Pier parlant, Et etiam in preteritis ut, Pier ayant parlé. Cum primus proficisceretur in Asiam: Le premier s'en allant en Asie.
Sed post hæc participia observandum est quod præterita perfecta quæ ordinario in lingua latina occurrunt, reducantur per præteritum perfectum simplex in lingua Gallica, sicut in supra dato exemplo sequitur, necesse in lingua latina, reliquit

fratri suo et, quod reliquit est perfectum latinum quod debet
Gallicè per perfectum simplex, scilicet (laissa) et non (a laissé)
à son frere.

Il y avoit à Athenes deux freres dont l'un s'apelloit
Alexandre, et l'autre iean. Alexandre s'en allant
en Asie laissa à son frere le soin d'une petite fille nom-
mé Philippin, qui etoit alors son unique; en suite de
grands troubles s'etant emûs en grece, Alexandre cherchant
une demeure plus tranquille se mit sur mer avec sette petite
fille pour aller trouver son frere. mais une grande tempeste
s'etant elevée il fit naufrage, et fut ieté dans l'ile
Andros, ou etant reçeu avec grande affection par un
homme de ce pais là, qui neanmoins ne possedoit pas beacoup
de bien, il mourut peu de temps aprés. Ce bon homme
qui l'avoit reçû che luy, se trouvant chargé de cette
petite fille que le defunt luy avoit laissée, luy donna
le nomme de Glisseny, ~~au~~ lieu de Philippin et l'eleva
quelque temps, avec sa propre fille Crisis, n'ayant pas
moins de soin de l'une que de l'autre, en suite mourut.
Crisis se voyant pauvre et abandonnée de tout le monde,
prit Glisserie, avec elle est vint a Athenes, ou ayant

ueeu, au d'abor assez retirée ayant les compagnies, et s'entretenant de son travaille, elle commança en fin à viure auec un peu plus de liberté qu'elle ne devoit, ne refusant pas voir quelques ieunes gens, par l'esperance que quelqu'un d'eux la pourroit peut-etre espouser.

Regula generalis uult ut datiuus postponatur accusatiuo, sed hoc est obseruandum, quod quando iste accusatiuus trahit post se aliquod relatiuum tunc debet datiuus preponi accusatiuo, propter euitandam equiuocationem quæ ex hoc procederet ut in isto exemplo patet,
Reliquit fratri suo curam unicæ filiolæ, quæ tunc erat illi unica
Laissa à son frere le soin d'une petite fille qui luy etoit unique alors.

Timeo
Verbum timeo accipit simplicem negationem ne, sine pas quando non optamus ut res quam timemus non eueniat, ut si non opto ut amicus meus pecuniam perdat dico in Gallico. je crains qu'il ne perde son argent. Si autem opto ut res quam timeo eueniat accipio utramque negationem ne et pas, ut je crains qu'il ne gagne pas. timeo ne non lucretur.

+

Des hier
Des aujourd'huit
Des demain

Differunt ista ab ipsis in eo quod praecedentia usurpentur, quando volumus significare aliquam actionem, hoc vel tali tempore, vel die factam, tanquam a termino a quo ut De puis quand etes vous arrivé - A quo tempore ex.
Je suis arrivé des la semaine passée.
Quand me ferez vous l'honeur de me venir voir.
Monsieur peut-etre des aujourd'huit, vel des demain)

Quando vero utimur his nominibus temporis tanquam adiectivis sicut sunt hesternus, hodiernus, crastinus, semi et neutri tunc non possumus uti (des) sed debemus uti solo articulo indefinito (de) ut Nihil novi accepi per hesternam postam.
Je n'ay rien receu par la post d'aujourd'huit.

Il, et ils quando postponuntur verbis per modum interrogationis nunquam pronunciant l nec s sed purum i etiam si sequatur vocalis ont-ils été au logis.

Beaucoup accipit post se genitivum cum articulo de in omni numero.

Force etiam aliquando sumitur pro beaucoup et nullum post se accipit articulum ut L'empereur à force soldats.
Bien etiam sumitur pro beaucoup sed vult articulum definitum ut J'ay bien de la peine à croire ce que vous me dites. J'ay bien des amis. Il est bien malad.

Regimen sive Sintaxis Verborum

1mo

Verba neutra habent post se accusatiuum ut Aimer ses amis, amare amicos suos.

Accuser loüer, estimer etc.

Multa verba habent post se accusatiuum persona, et genituum siue ablatiuum rei ut Accuser quel qu'un de larcin. Detourner quel qu'un d'un mauvais dessein.

2do

Plurima Verba neutra regunt datiuum ut plaire, nuire, deplaire obeir a quel qu'un. Parvenire aux honeurs. S'addoner, S'arreter, se plaire a quel que chose. Pretendre à une charge. ressembler a quel qu'un. simulare.

3tio

Sunt plurima verba que regunt post se unum infinitiuum

cum præpositione (de) qui propriè est gerundium in (di) apud latinos v.g. Avoir congé, permission, desir, envie, soin, coutume, besoin, sujet, raison, occasion de dire, ou de faire quelque chose. Avoir le loisir, la commodité, le temps, le moyen, la volonté de faire, ou dire quelque chose.
Hæc quidem sunt facilia quia ut supra dixi habent unum nomen substantivum, quod idem est ac apud latinos v.g. habeo tempus, voluntatem discendi, hoc vel istud agendi, audiendi.

4to

Sed quæ nunc sequuntur habent constructionem sive regimen contrarium latinitati, nam horum aliqua regunt nomen infinitum post se, vel loco infiniti accipiunt nomen verbale v.g. s'abstenir, achever, cesser, s'aviser. Je m'abstiens de boire. Il achève de perdre son argent. Je ne suis avisé d'aller à la chasse.

5to
Alia verba volunt in lingua latina post se (ne) vel (ut non) quando est prohibitio vel timor, et (ut) quando est mandatum vel oblatio v.g. monere aliquem ut faciat vel non faciat. Rogare aliquem ut faciat.
Sed in gallica lingua accipiunt loco conjunctivi. Commodè

Prier, presser, importuner, conseiller, se charger, contraindre
defendre, craindre, se delibere, desister, differer, empecher,
s'efforcer, esperer, refuser, être faché, être marri, etre contant,
être obligé, être tenu, etre en peine, etre en terme, etre
sur le point, etre en eta, etre en danger etc.
Je vous ay deia auerti de ne point faire cela.
Il apprehend de me choquer. Coniurez le de vous
assister. Je craignois de l'offencer. Je vous prie de
me venir voir. J'auois differé d'y aller, mais puisque
vous m'en priez j'y iray.

6to

Sunt alia que volunt infinitiuum cum articulo (a) ut
s'accoutumer, s'adonner, aider, s'opiniâtrer, s'amuser,
s'appreter, comencer, condemner, destiner, disposer, employer,
encourager, exciter, exhorter, inciter, inuiter, se mettre,
s'assoir, se plaire, porter, pousser, prendre plaisir, se preparer,
se tenir prêt, trauailler a fair quelque chose etc.
vous l'auez trop accoutumé a boire. Accoûtumez vous
a parler françois.

NB

Si vero hæc verba habeant unum nomen substantiuum post,

loco infinitiui ponitur hoc nomen in datiuo ut ie ne suis pas adoné au ieu, ni aux femmes. êtes vous deia accoutumé a la biere? Ouy j'y suis deia accoutumé. non ie n'y suis pas accoutumé.

Se prendre a rire (incipere ridere) etre propre habile, prêt, encline, apre, attentif a faire ou dire quelque chose.

Etre le premier. Il y a de la peine, du plaisir, du hazard, du danger, a dire ou faire quelque chose à entreprendre cette affaire.

Il n'y a rien a craindre a esperer a faire en cela.

C'est a vous a commander, a considerer, a garder de.

C'est tous les iours a recomencer de &.

7mo

Verba que significant (scire aut dicere) accipiunt post se coniunctiuum (que) in indicatiuo ut ie sai que vous aues raison. ie connois que vous etes sincere.

Ie voy bien qu'on vous a fait tort.

Ie croys, ie pense, ie di, i'auoue, i'oublie, ie soutiens que vous auez bien fait.

+

8uo

De usu optativi seu coniunctivi.

Una ex difficilioribus, et utilioribus Regulis nostrae linguae est de usu optativorum, nec mirum si exterae nationes tam saepe in hoc errent, cum ipsimet Galli, qui etiam se bene loqui iactant, crassissime contra hanc regulam loquantur, dicunt enim non pauci:

je veus que vous faites cela, pro je veus que vous fassiez cela.

je voudrois que vous feriez cela pro, je voudrois que vous fissiez cela.

je voudrois bien qu'il serait ici pro, je voudrois bien qu'il fut icy.

Regula prima de optativo.

Plurimae sunt coniunctiones quae post se optativum requirunt, ut sunt

Afin que, Bien que, quoy que, pourveu que, devant que, avant que, ne fut que, iusqu'à ce que, sans que, de peur que, soit que, plût à dieu que, Dieu veuille que, tant s'en faut que.

Coniunctiones Suppositionis

Posé le cas que, prenez que, mettez que cela soit.

4

Conditionis

A conditione que, à la charge que, moyennant que, pourvût que &c.

Imo

Praeter has coniunctiones verba quae aliquam voluntatem, desiderium mandatum, permissionem, aut timorem, habent post se (que) cum obiatiuo ut.

Je ueux que uous ne gassiez mon habit pour dimanche.

Je desire que tout alle bien, et que tout soit prêt a deu heures apres midi.

J'ay commandé qu'on appretat le diné.

Il faut que uous ueniés auec moy chés mon taillleur.

Dieu permit que cela arriuât pour le bien de l'empire,

Je crains qu'il uous ne soyes trompé.

IIº

Tamen haec uerba ponuntur in infinitiuo quando obiatiuus designat et significat actionem eiusdem personae quae desiderat aut timet ut Timeo ne perdam pecuniam meam. Je crains de perdre mon argent. non autem ie crains que ie perde mon argent. ut dicunt alij.

+

Je veux sçavoir la verité de cette affaire.
ie desire de vous satisfaire,
Utimur etiam infinitivo loco oblativi, quando persona exprimitur cui aliquid iubemus aut mandamus &c.
Je (?)– vous ay commandé de faire ce voyage (bu leur).
Non autem. ie vous ay commendé que tu fisse, que ne fissiez &c.
Il m'a prié de lui preter de l'argent,
et non que ie lui prete.
Il me presse de me repondre pour lui.
et non que ie reponde &c.
Permetez moy de vous dire.
et non pas, que ie vous dise.

10

Nunc est questio quando nam sit utendum preterito, vel perfecto oblativi, sive coniunctivi.
Quando hec verba qui ablativum post se requirunt sunt in presenti, vel in futuro, requirunt etiam presens vel futurum oblativi qui ambo unum et idem sunt &c.

Je veux qu'il aille a l'eglise.
je crains qu'il ne fasse quelque folie
Il faut que cela se fasse.

Exprofuturo. v.

Quand je commanderai, qu'on se tienne prêt a partir.
Il faudra bien que vous le fassiez

Propterea dicitur

Dieu veuille que cela soit vray
et non, Dieu veuille que cela fut aut seroit vray.
Quia (die veuille, est futurum optat. propterea non poss.
nisi futurum optat. regere.

11

Quando supra dicta verba sunt in preterito, volunt
posse habere primum preteritum imperfectum optativi v.
Il faloit bien que je le fisse.

je voulus } qu'il m'accompagnât
je commanday } qu'il fut loin d'icy
je permis
je voudrois } qu'il n'en eût de regret.
je craignois }

Ideo (plût a Dieu), cum sit unum praeteritum optatiui
ueult etiam aliud post se praeteritum vg

Plut a Dieu que vous fussiez tel que ie vous desire

12

Ad 12 Regula est generalis. Post quodcunq verbum quod
particula negatiua (ne) comittatur, si coniunctio (que) sequatur
cum alio verbo, hoc ultimum verbum ponitur in coniunctiuo
seu optatiuo sicut vg.

Je ne croy pas qu'il me veuille tromper

Je ne sçauois pas que vous fussiez si sauant

Je ne di pas que vous soyez un trompeur.

Et si post hoc secundum verbum sequatur tertium cum coniunctione (que) ponitur etiam in optatiuo vg

Je ne croy pas que vous pensiez

Que ie fusse si temeraire &c.

C'est, et il est

In hoc differunt quod (c'est) semper ponitur cum aliquo
substantiuo, et (il est) cum adiectiuo vg

C'est une verité incontestable
C'est un ouvrage admirable
C'est l'homme du monde le plus affectioné a la nation Alemande.
C'est mon frere &c.

Il est vray
Il est incontestable
Il est impossible
Il est admirable &c

NB. Sed si loquamur de tempore tunc utimur hac dictione (il est) et non (c'est) etiamsi sequatur nomen substantivum.
Il est jour vel il fait jour.
Il est deja nuit
Il est dimanche
Il sera demain lundi
Il est temps de nous en aller
Il est temps de partir
N'est il pas encore temps de retourner à la maison?
Quelle heure est il?
Il sera bientot dix heures.

Selon et ala

Differentia inter hoc eo est quod Selon idem refert ac Secundum in latino v.g. Secundum Deum, Secundum me, Secundum morem. Selon dieu, Selon moy, Selon la coutume.

Ala, autem usurpatur uti dicimus in latino (more, v.g. More Gallico Hispanico et sepissime immo melius relinquimus substantiuum illud more et utimur solo adiectiuo v.g. A la francoisse, al espagnole, ala Polonoise.

Si quando non habet uerbum dubitandi sibi annexum non regit futurum tunc etiam mere significat latinum Si v.g. ueniatis ad me cras si fuero domi. Venez demain chez moy si ie suis a la maison.

Si uero exprimitur uerbum aliquod dubitandi, tunc significat latinum utrum uel an et tunc accipit futurum indicatiui nescio an Princeps sit cras uenturus. Je ne sai pas si le Prince uiendra demain.

De Verbis Reciprocis Siue reflexiuis.

Reciproca sunt ea, que actionem agentis per uerbum significatam, in agens ipsum reflectunt, quam actionem Philosophi uocant immanentem v.g.

+

je me trompe
tu te trompes
il se trompe
elle se trompe
on)
l'on) se trompe

Sic possunt omnia verba activa fieri reciproca addendo eis pronomen personale coniunctivum in accusativo v.g.

i' m' aime — ie me blesse
tu t' aimes — tu te blesses
il s' aime — il se blesse

Sunt etiam verba quae pure et simpliciter reciproca sunt nec possunt alio modo usurpari v.g.

ie me repens d'avoir dit, fait &
ie m' abstiens de boir, iouer
ie m' addonne a l'etude de la langue francoise
ie m' eforce
ie m' en fuy (fugere)
tu t' en fuys
il s' en fuit

NB hoc verbum (s'enfuir effugere) componitur ex subjo

sitione (en) et verbo fuir, et imprimit is compositis separa
tur praepositio (en) a verbo suo, et interponitur verbum auxili-
are substantivum suum in tempore requisito v.g. affugi effugi etc.

ie m'en suis fui
tu t'en es fui
il s'en est fui

Je m'en étois fuy   aufugeram
Tu t'en etois fuy etc.

Denique omnia Verba reciproca accipiunt in prete
ritis pro auxiliari Verbum Sum et numquam ver
bum Habeo v.g. Je me suis souvenu. Memini
Je m'etois souvenu Memineram

Articulus definitus est ille quo utimur quando
materiam aliquam vel causam efficientem alicujus

Continuationem exstat invenies post finitum Dictionarium ex Latino Polo
no Turcicum

Dictionarium ex Latino Polono Turcicum

A.

1 A Bruma	Z Zimy	Kyształ
2 A Cunabulis	Z Młodości	Kienctykten
3 A Dextra	Po Prawey stronie	Sahkutdan
4 A Foris	Z Dworu	Dyszardan
5 Ab hoc tempore	Od tego czasu	Ozamannan
6 Abdite	Potaiemnie	Kisty vel astyrden
7 Abeo	Odchodzę	Gideiryn
8 Aberro	Zbiiam Błędzę	Szaszyryryn, szasztym
9 Abhorreo	Wzdrygam się	Katraiyn, katradym
10 Abigo	Odganiam	Kuaryn
11 Abiicio	Rzucam	Brakaryn
12 Abluo	Myię, myie się.	Iarkaryn. Iikanyryn
13 Abominor	Brzydzę się	Irenyryn, Irndy
14 Abrumpo	Odrywam	Kopanyn kopardym
15 Abscondo	Kryię homin. saklaryn	Saklanyryn
16 Absoluo Mitto	Odpuszczam. Dopytam	Dziaba eteryn. koyuriyryn
17 Abstergo	Ocieram	Syleryn
18 Affirmo	Poswiadczam	Szahat dyk ederyn

Abhorreo	19	Chamuie sie	Tiksiryim
Abundo	20	Obfituie	Herne kiszey uwrydy
Abutor	21	Nadte uzywam	Fena ederym
Accedo	22	Przybliżam sie	Iakynyryym vel iakyn gideryym
Accendo	23	Pale	Iakaryym
Accipio	24	Biore	Alyryym
Accuso	25	Skarze	Szekua ederym
Acquiro	26	Zdobywam	Kazanyryym
Ardeo	27	Płne	Kunuvam
Acuo	28	Ostrze Brzeszczygam	Musat daryym. bilevleteryym.
Addo	29	Dodaie	Weryryym
Adduco	30	Przywodze	Giesturiryam vel kalauz ederym
Adigo Sp[illegible]	31	Napel ubam	Kazyka uwruwum
Adimo	32	Odbieram	Alyryym
Adimpleo	33	Napełniam	Tołturuwum
Adiungo	34	Przyłączam	Koszaryym
Adiuro	35	Doprzysiegam	Emin ederym. Aut emin
Admitto	36	Przypuszczam	Iakyna kowuryym
Admoneo	37	Napominam	Tenbe ederym
Adoro	38	Klaniam sie	Sytam ederym
Adsum	39	Ob iestem	Szte bundaim
Adueho	40	Przywoze	Kieltyryryym
Aduenio	41	Przychodze	Gieleriym
Aduesperascit	42	Ku wieczorowi sie ma	Akszama iakinder
Adulor	43	Pochlebiam	Fudutuk ederym
Aedifico	44	Buduie	Iaparyym
Aestimo	45	Szacuie	Pahasy ederym
Affigo	46	Zawieszam	Asaryym

+

Affligo	47	Zasmucam	Kasuer edeiym
Affligor	48	Smucesie	Elem cekeryim
Alleuo	49	Podkosie	Kaldyryrym
Ago	50	Czynie	Ederym
Allicio	51	Przyciągam	Vuatmeryrym
Alludo	52	Vderzam	Waruruim
Alloquor	53	Mowie	Suilerym
Ambulo	54	chodze	Gieerym
Ammitto	55	Gubie	Kaipeterym
Amo	56	kocham	Severym
Amplector	57	Obłapiam	Kuszarym
Animaduerto	58	Opatrnie	Baktyryrym
Aperio	59	Otwiram	Aciarym
Appareo	60	Vkazuie sie Wydac	Kiusteryrym. Giorner
Applico	61	Przykładam. Przystanie	Koiarym. Ianastyrym
Apprehendo	62	Vwazam	Bekir edeiym
Appropinquo	63	Przybliżam sie	Iakynyrym
Apto	64	Gotuie	Hazyr ederym
Ardeo	65	Gorzie	Ianarym
Aro	66	Orze pługiem	Cibt surerim
Arripio	67	Porywam	Kaparym, kaptı, aldy
Ascendo	68	Wstempuie	Tyserym, tys ydym
Aspicio	69	Patrze	Bakarym
Aspergo	70	Kropie	Su saparym
Assequor	71	Gonie	Kuarym

Asso	72	Piekę przy ogniu	Piszyryrym atysza
Assuo	73	Zszywam	Koszarym
Assisto	74	Przymykam	Atyszyryrym
Attendo	75	Pilnuie	Bakarym
Attenuo	76	Wycieczam	Indzi Eterym
Attinet	77	Należy	Tuszer
Attingo	78	Dotykam	Tokunurum
Attraho	79	Przyciągam	Czekerym
Aucupo	80	Łowie	Awlarym
Audio	81	Słysze	Eszytyrym
Audeo	82	Smiem	Cedyrym
Auello	83	Odrywam	Koparyrym
Auerto	84	Odwracam	Dunderyrym
Aufero fertum	85	Kradne	Atyszyrdyrym
Augeo	86	Przyczyniam	Zyiade ederym
Auolo	87	Odlatuie	Uczarym
Auxilior	88	Pomagam	Jardym eterym

B

Benedico	89	Błogosławie	Hatat ederym
Benefacio	90	Dobrze czynie	Ei ederym
Bibo	91	Pie	Iczerym
Blandior	92	Pochlibiam	Fedutuk ederym
Blasfemo	93	Bluznie	
Bullio	94	Wre	Kaynarym

Zeforta-ciatdyrym

C

Cado	95	Upadam	Duszerym
Caespito	96	Chromie	Aksarym
Calco	97	Deptam	Basarym, basmak ile
Calefacio	98	Grzeię	Ysdziak ederym
Canto	99	Spiewam	Turkiu Suilerym
Capio	100	Chwytam	Tutarym
Caveo	101	Strzegę się	Sakynyrym

Cedo	102	Ustempuie	Kyrdan gideryim
Cesso	103	Ustaie	
Curro	104	Vgdaskuie	
Circumcido	105	Obrzezac	Sunet eteryim. Sunetdy
Circumeo	106	Obchodze	~~Dar~~iannan geseryim
Circumfero	107	Obnosze	Kiesdyryryim
Clamo	108	Wołam	Czakyryryim
Claudico	109	Chromie	Aksaryim
